








PETRI SICULI

HISTORIA MANICHAEORUM

SEU

PAULICIANORUM.


TEXTUM GRAECUM MATTHAEI RADERI RECOGNOVIT,
ET DE INTEGRO LATINE VERTIT

D. JO. CAR. LUD. GIESELER.

GOTTINGAE

PROSTAT APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

1846.



Historia Paulicianorum a Petro Siculo conscripta quum semel tantum et admodum mendose a *Matthaeo Radero*, societatis Jesu sodali, edita sit [1]), hujusque etiam editionis exemplaria in rarissimis libris numerentur, viris harum rerum studiosis non ingratum fore confido, quod eam quoad ejus fieri posset emendatam iterum ediderim.

Petrus Siculus ipse narrat, se ab Imperatore Basilio Macedone initio ejus imperii Tephricam missum esse, qui captivos nobiliores a Paulicianis abductos permutaret, atque novem menses ibi commoratum, secundo anno illius Imperatoris rem sibi demandatam feliciter executum esse (p. 2. 54.). Basilius imperium occupavit die 24. Sept. anni 867 p. Chr. natum [2]): Petri Siculi igitur, quum paulo post Tephricam proficisceretur, et secundo Imperatoris anno rediret, legatio incidit in annum 868. Historiam hanc non multo post ab eo scriptam esse, jam inde probabile fit, quod jubente Imperatore eam confecit (p. 54 s.): mandatum enim tale statim post rem peractam dari solet: necessario autem sequitur ex eo, quod victoriam de Chrysochere reportatam ejusque mortem, quae in annum 871 incidit [3]), nondum enarrat, ideoque, quum omittere illas, si jam evenissent, non potuisset, antea scripsisse censendus est. Quod enim p. 29. de haeresi temporibus Basilii triumphata scribit, id non ad illam victoriam, sed eo pertinere ipse explicat, quod doctrina Paulicianorum, quae eousque recondita fuisset, tunc in lucem producta esset. Scripsit igitur eo tempore, quod inter annos 868 et 871 intercessit.

1) Inscriptio haec est: *Petri Siculi historia, ex Ms. Codice bibliothecae Vaticanae graece cum latina versione edita per Matthaeum Raderum e Societate Jesu. Cum gratia et privilegio Caesareae Majest. Ingolstadii ex typographia Adami Sartorii. Anno Domini* MDCIV. in 4to minori. Translatio latina in bibliothecas etiam Patrum recepta est.

2) cf. *Theophanes contin. lib. IV p.* 210. *ed. Bonn.*

3) *Theophanes cont. l. c. p.* 272 *ss.*

Haec omnia sunt, quae de scriptore hujus libelli certo scimus: pauca tantum conjectura probabili addi possunt. Quum Saraceni illo tempore in Sicilia, quae Petri nostri patria fuit, dominarentur; plurimi Siculorum, ut victorum crudelitatem effugerent, in terras Imperatoribus adhuc subjectas emigrasse videntur. Exemplo sint parentes Athanasii, Episcopi Methonensis, qui Sicilia relicta Patras abierunt [1]). Mirum igitur esse non potest, si Petrum Siculum hoc tempore Constantinopoli invenimus, quum Imperatores, qui spem Siciliae recuperandae minime abjecissent, Siculos fugitivos procul dubio benigne susciperent. Siciliae vero conditionem, quae illo tempore fuerit, si perpendimus, in ea fortasse causam quaerere licet, cur Basilius hunc Siculum prae ceteris eligeret, quem Tephricam mitteret. Tephrica enim quum in ditione Saracenorum esset, Siculus, qui jam in patria vitam eorum et mores cognovisset, fortasse linguam quoque didicisset, potissimum aptus videri potuit, cui illa legatio crederetur. Utrum denique Petrus clericus an laicus fuerit, testimonio quidem certo decerni non potest: conjicio autem, eum ad clerum non pertinuisse. Pauliciani enim clericos catholicos ita oderunt, ut Imperator certe non sapienter egisset, si negotia sua cum iis per clericum agi voluisset. Praeterea etiam probabile est, Petrum in fine epistolae ad Archiepiscopum Bulgariae scriptae, si clericus fuisset, ejus dignitatis significationem non omissurum fuisse.

Mirum certe est, hanc epistolam non *πρὸς τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας*, sed *ὡς πρὸς τὸν Ἀ. Β.* inscriptam esse, atque nomen Archiepiscopi prorsus desiderari. Si tempora accuratius perpenderimus, fortasse causam inveniemus. Concilio enim Constantinopolitano anni 869 peracto controversia de Bulgaria inter Patriarchas Romanum et Constantinopolitanum exorta coram Imperatore a vicariis caeterorum Patriarcharum dijudicata est, atque sententia lata, Bulgariam ad Ecclesiam Constantinopolitanam pertinere. Cui sententiae quum Basilius Imperator vim addere posset, sacerdotes latini ex illa terra, quam occupaverant, ejecti sunt, et graeci in eam redierunt [2]). Si statuere licet, Petrum eo tempore librum scripsisse, quo Constantinopoli in Bulgariam graeci sacerdotes mitterentur, et de Archiepiscopo eligendo cogitaretur, illa epistolae inscriptio optime explicatur. Quum enim Archiepiscopus nondum electus esset, eum autem brevi electum iri speraretur, Petrus nomen ejus addere non potuit, sed scripsit *quasi* ad Archiepiscopum. Qua conjectura admissa, Petrus scripsit intra annos 869 et 871.

1) *Acta SS. Jan. T. II, p.* 1126.

2) *cf. Anastasii liber pontificalis in vita CVIII. Hadriani II. Historia eccl. mea vol. II. P. I. p.* 330 *s.* (*ed.* 3.)

adversi, quod oratione illa continebatur, vim infringeret, demonstrare studuit, Petrum illum oratorem non Siculum, neque de rebus Siculis testem fide dignum esse [1]. Quod in eam rem dicit, viros literarum graecarum peritos affirmasse, orationis illius funebris indolem ita discrepare a Petri Siculi historia Manichaeorum, ut utraque ab eodem auctore scripta esse nequeat, de eo quidem judicare non possumus, quum oratio illa graece non edita sit: sed quod Petrus Siculus cum Episcopo Argivorum idem esse temere censeatur, in eo certe cum illo consentiamus necesse est. Opinio enim illa in sola orationis inscriptione nititur, qualis ex latina Blanditii translatione loco supra laudato evulgata est, in qua orator diserte Petrus Siculus dicitur: postea autem compertum est, in graeco illam ita se habere: *Πέτρου ἐλαχίστου ἐπισκόπου Ἀργίων ἐπιτάφιος εἰς τὸν μακάριον Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον Μεθώνης* [2], ut appareat, Blanditium suo solius arbitratu vocabulum Siculi inseruisse, itaque in textum veterem conjecturam temere intulisse. Huic autem conjecturae eo minus locus esse potuit, quum in vita Petri Episcopi Argivorum diserte proditum sit, eum Constantinopoli natum, ergo non Siculum fuisse.

Petri Siculi historiam cum Photii narratione de Manichaeis, quae libro primo ejus operis contra Manichaeos continetur, ita convenire, ut alterum scriptorem alterius libro usum esse appareat, etsi neuter alterius mentionem faciat, statim intellectum est, ex quo Photii liber etiam editus fuit, et cum Petri opere conferri potuit. Quaeritur igitur, uter utro usus sit. Montefalconius, qui Photii librum primum primus edidit [3], censuit, partem maximam desumtam videri ex Petri Siculi historia. Wolfius, qui integrum Photii opus evulgavit [4], de eo dubitavit, et suspicatus est potius, Petrum Photii commentationem ante oculos habuisse in enarranda veterum Manichaeorum historia et doctrina, deinde vero, ubi ad recentiorem res pervenisset, proprium fundum consuluisse [5]: sed cognationem illam in narrationibus de recentioribus rebus aeque ac de antiquioribus deprehendi, quivis intelliget, qui eas contulerit. Qua de re Engelhardtus vir plur. ven. recte judicasse videtur [6], rationibus jam chronologicis effici, Petrum post Photium scripsisse, Petrum igitur Photii vestigia pressisse.

1) *Parte seconda degli annali della felice citta di Palermo, di Agost. Inveges* (*Palermo* 1650. *fol.*) *p.* 208.

2) cf. Acta Sanctorum Febr. T. I. p. 611. §. 105.

3) Bibliotheca Coisliniana p. 349.

4) Anecdota graeca, sacra et profana, T. I et II.

5) l. c. praef. ad Tom. I.

6) *Neues krit. Journal der theol. Literatur von Winer u. Engelhardt Bd.* 7. *S.* 12.

Photius librum primum eo tempore conscripsit, quo Patriarchae munere fungebatur. Ad clerum enim eum jam pertinuisse, inde sequitur, quod initio libri [1]) dicit, se ea relaturum esse, quae ex Paulicianis ipsis ad Ecclesiam redeuntibus atque poenitentiam subeuntibus exquisivisset; neque vero eum in exilio scripsisse, ex fine libri apparet, ubi secundum librum promittit, si Deus sibi negotiis obruto otium concesserit [2]). Quum denique confectus sit liber, ut ex fine intelligitur, vivente adhuc Chrysochere, incidit in illud tempus, quo Photius primum sedem patriarchalem tenuit, igitur ante annum 867, quo primum a Basilio in exilium ejectus est. Petrum autem post annum 868 librum suum confecisse supra vidimus.

Quae tempora si spectaveris, in iis causam etiam deprehendes, cur Petrus Photiani libri, etsi in usum suum convertit, mentionem non fecerit. Quum enim ex itinere Constantinopolin rediisset, atque ab Imperatore narrationem de rebus Paulicianorum conscribere juberetur, Photii Imperatori invisi neque nomen neque libros laudare licuit. Petrus autem, etsi de rebus Paulicianorum multa exploraverat, quum ipse scribendi insolitus esset, Photii libro carere noluit, quo duce omnia ordine certo accurate et dilucide enarraret. Usus igitur est libro, sed temporibus flagitantibus tecte usus est. Itaque non solum Photii nomen tacuit, sed eum ita etiam secutus est, ut idem saepe aliis verbis exprimeret, orationemque hic contraheret, ibi ampliaret.

Quantopere autem ab illo pependerit, et in posterum quoque eum sequi constituerit, id, si finem libelli utriusque legeris, potissimum apparebit.

Photius enim quum librum primum scriberet, jam constituerat alterum addere, in quo inprimis impia dogmata, quibus Sergii scripta referta essent, persequeretur [3]), et omnes omnino errores, qui in primo libro nondum depulsi essent, refutaret [4]). Si sequentium librorum, quos habemus, indolem aestimamus, censeamus necesse est, illud consilium eum non executum esse. Nam Sergii nomen in iis ne legitur quidem: libro secundo et tertio disputationes continentur, quibus contra Manichaeos probatur, neque duo rerum principia esse, neque vetus Testamentum a malo principio profectum: non igitur, ut ex promisso, quod auctor libro primo fecerat, exspectare licuit, novi Manichaeorum errores in his libris explicantur et refutantur. Praeterea Wolfii conjectura probabilis

1) Wolfii anecdota T. I. p. 3.
2) l. c. p. 141.
3) l. c. p. 118.
4) l. c. p. 141.

est, *συνταγμάτιον* illud, cujus in libro quarto mentio fit [1]), nihil aliud esse nisi hos duos libros: ex eo autem sequitur, hos libros initio tanquam peculiare scriptum confectos, et seriore demum tempore primo libro tanquam secundum et tertium additos esse. Quartum denique librum, quem dicimus, Photius in exsilio scripsit: libros enim suos sibi ereptos, neque illud *συνταγμάτιον* ad manus esse queritur [2]), ideoque in solatium jacturae suae et oblivionis medelam [3]) scribere constituit, atque repetit hoc libro fere non nisi ea brevius, quae libris secundo et tertio fusius tractaverat. Sequitur igitur, Photium opus illud, quod libro primo inchoaverat, non ita ad finem perduxisse, ut constituerat, neque libros hos quatuor ab auctore continuo ita scriptos esse, ut unum opus efficerent, sed ab aliis, quum ab eodem auctore de eodem argumento scripti essent, in unum opus conjunctos esse.

Intelligi inde potest, qui factum sit, ut Petrus, quum scriberet, non nisi primum Photii librum haberet. Nihilominus non dubitavit in fine libri eodem modo, quo Photius fecerat, operis continuationem promittere, qua eorum doctrinam, qui inter Paulicianos perfectiores haberentur, explicaret. Etsi Photii verba, ut solet, mutavit, neque Sergium solum refutandum sibi sumsit, sed perfectiores omnes; tamen, si rationem perpendimus, quae inter suum Photiique librum intercedit, dubium esse non potest, quin, quum promissum illud faceret, speraverit, illius etiam libri, quem Photius promisisset, se potiturum, eundemque ducem habiturum esse. Sed quum spes eum falleret, ipseque auxilio illo destitutus promissum solvere conaretur, librum alterum inchoasse tantum videtur: nam Sirmondus in Vaticana bibliotheca duorum tantum capitum refutationem invenit, eamque ex nudis prope divinarum literarum testimoniis contextam.

Restat denique tertium opus, quod hoc tempore contra Manichaeos scriptum esse dicitur, atque videndum est, quae ratio illud inter et eos libros intercedat, de quibus disputavimus. *Possevinus* enim, ubi codicem Heidelbergensem CCXVI enarrat, haec habet [4]):

2. *Metrophanis, Archiepiscopi Smyrnensis, de recens exorta Manichaeorum haeresi brevis et luculenta oratio.*

3. *Ex ejusdem Metrophanis diversis contra eosdem Manichaeos homiliis excerpta.*

1) l. c. II, p. 113. cf. Wolfii annotatio p. 112.

2) l. c. p. 113.

3) l. c. p. 116.

4) *Anton. Possevini Mantuani, Soc. Jesu, Apparatus sacri Tom. II. App. p. 81.*

4. *Contra Manichaeorum recens prognatum errorem editio ad Antonium, Metropolitam Cyzicenum.*

5. *Ejusdem Metrophanis liber de Spiritus sancti mystagogia, et quod, quemadmodum Filius e solo Patre genitus dicitur sacris oraculis, sic etiam Spiritus sanctus ex eadem causa procedere theologice dicatur, Filii autem esse dicatur, quia consubstantialis illi sit, et per eum mittatur.*

De Metrophanis, Archiepiscopi Smyrnensis, Photio aequalis et adversarii acerrimi, vita quae exstant, quum apud Caveum, Oudinum, caeterosque, qui de scriptoribus ecclesiasticis egerunt, legi possint, statim ad quaestionem de scriptis illis instituendam transeamus.

Quum quid de iis censendum sit, non nisi ab iis discere possimus, qui codicem ipsum inspexerint, audiamus *Leonem Allatium*, qui in opere *de Ecclesiae Occidentalis et Orientalis perpetua consensione* p. 575 ita dicit:

Photium quoque parentem agnoscit tractatus alius, sane luculentissimus, de processione Spiritus sancti. (Sequitur titulus.) *Opus hoc, iisdem plane verbis conceptum in antiquissimo codice manuscripto membranaceo, qui erat in Palatina sub num. CCXVI, Metrophani Episcopo Smyrnensi tribuitur, ubi pleraque alia ejusdem auctoris leguntur contra novam Manichaeorum haeresin, quae etiam ipsa post Photii Amphilochia Photio vendicantur.*

Recte igitur *Oudinus* 1) statuit, libros illos Metrophanis nomine in codice Palatino inscriptos eosdem esse, qui alibi Photio tribuerentur, atque re vera Photii esse: sed in eo erravit, quod credidit, librum, quem Possevinus quarto loco (numero 5. insignitum) enarraret, librum quartum operis contra Manichaeos esse, ideoque conjecit, totum opus contra Latinos tanquam novos Manichaeos scriptum esse. *Wolfius* autem quum intelligeret, hoc de illo opere, quod ederet, statui non posse, non minus male censuit 2), libros illos Metrophani tributos diversos esse a Photianis.

Res facilis est expeditu. Libri, qui in codice Palatino Metrophani tribuuntur, Allatio teste prorsus iidem habendi sunt cum iis, qui in aliis codicibus Photii nomen prae se ferunt, neque dubitare possumus, re vera Photium eorum auctorem esse. Apud Possevinum qui primo loco recensetur (i. e. numero 2. notatus), est liber primus Photii contra Manichaeos; quae secundo loco appellantur excerpta, sunt libri II et III; quae tertio loco dicitur editio, est liber quartus: neque est quod probemus, illum Possevini indicem, si cum libris nostris contuleris, eorum

1) *De scriptoribus ecclesiasticis II, p. 204 s. 231 s.*

2) *Anecdota graeca, praef. ad T. II.*

argumento respondere. Liber autem, qui sequitur de Spiritus sancti mystagogia, Photii quidem est, sed ad illud opus contra Manichaeos non pertinet.

Si autem quaeritur, qui factum sit, ut Photii libri in illo codice Metrophani illius adversario tribuerentur; mihi quidem veri simile est, id iis temporibus Constantinopoli factum esse, quibus Photius ut exul ex Imperatoris gratia exciderat. Nimirum fuisse videntur, qui ejus libros neque publice habere, neque iis prorsus carere vellent, itaque hoc artificio uterentur, ut illis nomen scriptoris Imperatori grati inscriberent. Id enim consilio factum esse, non per imprudentiam, inde patet, quod quum Photius librum quartum Arsenio Monacho amico dicasset, hujus etiam nomen mutatum, et pro eo Antonii Metropolitae Cyziceni nomen positum est, ut ex Possevini catalogo intelligitur.

Sed ad Petrum nostrum redeamus. Cujus historia, quod sciam, in uno tantum codice bibliothecae Vaticanae servata est. Primum nonnulla ejus fragmenta a *Baronio* in annalibus evulgata sunt, quae latine conversa *Jacobus Sirmondus* cum illo communicaverat. Qua in re mirum est, quod in Tomo IX. Baronii scriptor *Lucas Siculus* vocatur [1]), in Tomo X. autem subito verum nomen *Petri* comparet [2]), etsi ne verbo quidem significatur, in nomine antea erratum esse. Postea Jac. Sirmondus hunc libellum Marco Velsero misit, hic autem Radero ea lege tradidit, ut graece latineque ederet. Codicem hunc, qui procul dubio apographum fuit codicis Vaticani a Sirmondo aut factum aut revisum, Raderus queritur non sanum fuisse. Dubitari tamen nequit, ad ejus vitia in editione Raderi multa nova accessisse: translatio enim latina, quae ex libro Sirmondiano manuscripto confecta esse videtur, nonnunquam rectam lectionem prodit, ubi in textum graecum falsa irrepsit. Ita convertitur p. 39. *ἀδικήτους* *intactos*, ubi igitur aut *ἀθίκτους* aut *ἀναδικήτους* legendum est: ita etiam p. 13. in nota margini adscripta leguntur verba sensu carentia: *καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολῇ*, convertuntur autem: *et quindecim epistolis s. Pauli*, ut dubitari nequeat, in codice scriptum fuisse: *καὶ ιέ τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολαῖς*. Vitiis igitur omnis generis, quae partim ex codice emanaverunt, partim aut typothetae aut correctoris negligentia accesserunt, textus a Radero editus ita est depravatus, ut saepius intelligi vix possit. Hac in editione adornanda equidem ita versatus sum, ut ea vitia, quae in fine libri indicata et emendata sunt, erroresque aut librarii aut typothetae leviores, de quorum emendatione dubium esse non potuit, ta-

1) Ad ann. 722. no. 1. 810. no. 4. 812. no. 2.

2) Ad ann. 870. no. 62.

cite corrigerem. Ubi lectio falsa in textum irrepserat, veramque certa conjectura assecutus esse mihi videbar, hanc in textum recepi, lectionem Raderi addita litera R. in margine indicavi. Ubi textus quidem depravatus, sanatio autem minus certa esse videbatur, illum immutatum reliqui, et conjecturam in marginem relegavi. Illis locis, qui pauci sunt, quibus Raderus Manuscripti lectionem vitiosam indicavit et emendavit, equidem illam in margine exhibui addito siglo Ms. In translatione latina adornanda Raderus ipse dicit se ita versatum esse, ut auctoris quidem sententiam exprimere, neque vero syllabatim voces latine reddere, sed potius linguae venustatem, quantum fieri posset, etiam in interpretando retinere studeret: revera autem orationis elegantiam, quam putavit, ita sectatus est, ut translationis fidem prorsus negligeret. Itaque novam translationem addere placuit, quae accuratius textum graecum redderet.

Ut ea loca, quae multis in libris ad editionis Raderianae paginas citata sunt, in nostra quoque editione facile inveniri possint, paginas illas margini adscribendas curavi addita litera R. Qua in re sciendum est, illis paginis editionis Raderianae, in quibus textus graecus exscriptus sit, alteras e regione positas esse, quibus latina translatio contineatur, itaque fieri, ut numerus in margine positus non ordine solito, sed binis semper additis progrediatur.

Duo adhuc habeo, quae de inscriptione moneam. In Raderi editione haec est: *Τοῦ αὐτοῦ Πέτρου Σικελιώτου ἱστορία κ. τ. λ.*, quasi alia ejusdem Petri scripta praecesserint. Verba *τοῦ αὐτοῦ* Raderus quidem annotatione in fine libri addita deleri jubet: quum autem vix dubitari possit, in codice ita scripta fuisse, jure querimur, hunc codicem non descriptum, et de iis, quae illo continerentur, nihil nobis traditum esse. Praeterea addo, inscriptionem libri in codice fuisse videri: *Πέτρου Σικ. ἱστορία καὶ ἔλεγχος*. Raderus enim in observationum editioni praemissarum quarta postquam dixit, Petrum errorum Manichaeorum refutationem etiam promisisse, sed in hoc libro non praestitisse, addit: *eapropter nos illa verba, de refutatione, in inscriptione omisimus.*

Epistolam Raderi dedicatoriam, qua editionem suam Sebastiano Episcopo Adrumetino, Proepiscopo Augustano, offert, ipsique eo gratificari studet, quod Manichaeos et Paulicianos cum Lutheranis, Calvinianis, Iconoclastis componit, et Episcopi merita laudat, quum nostro tempore inter doctos viros vix inveniatur, qui desideret, omisimus. Praefatiunculam autem, qua de codice, quo usus sit, et de ratione, quam in edendo secutus sit, disserit, atque observationes ejusdem, quae sequuntur, addendas curavimus.

Scrib. Gottingae d. XXVI. Maji MDCCCXLVI.

Raderi praefatio.

Salve humane lector.

Aureolum hunc libellum Jacobus Sirmundus, nostrae sodalitatis homo, N. V. Marco Velsero II, viro jam suis monumentis suopteque ingenio *πολυθρυλλήτῳ* mnemosyni loco Roma Augustam misit: Velserus mihi: sed ea lege, ut Graecum formis impressum latineque redditum Latinis in Latium remitterem. Quod ego, dum per Sirium Gymnasiorum pulpita quiescunt, praestare sum conatus. Transtulit aliquam multa ex hoc ipso libello noster Sirmundus, ut est apud Illustrissimum Baronium, a quo videbis me non multum abiisse, nonnulla etiam verbatim posuisse. Codicem unicum habui, neque sanum ubique satis, ut proinde nunc cura, nunc conjectura mihi fuerit adhibenda, quod tamen sic parce et prudenter feci, uti in linea non facile literam mutarem, sed extra ad marginem notarem. Exemplo sint hi versus. p. 1. *καὶ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς συμμάχους αἰτούμενος λήψεσθαι, ὡς ἀρχιποίμην* etc. lego *ὡς ἀρχιποίμενος*, neque enim seipsum *ἀρχιποίμενα* appellat, sed Bulgariae Archiepiscopum, cui librum nuncupavit. pag. altera. *αἷμα τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ νἱέσω*: scribo *ἅμα τοῖς* etc. Infra dogmate I. *ἐλευθερία ὄντων αὐτῶν*, emendo *ἐλευθεριαζόντων αὐτῶν*, vel *ἐν ἐλευθερίᾳ ὄντων αὐτῶν*. Alias *πελείως* pro *τελείως*, *λυπρωθεὶς* pro *λυθρωθείς*. Et hoc genus plura suis paginis animadversa. In ratione interpretandi verborum sensum appendi; syllabas non adnumeravi: quam enim religiose studui germanissimam auctoris sententiam exprimere, tam non fui solicitus, ut syllabatim voces latine redderem, ut linguae venustatem, quantum fieri posset, etiam in interpretatione retinerem. Quod ut ubique studui, sic assequi ubique non potui, ne longius a mente auctoris abirem. Ad historiam penitus cognoscendam lege, quas infra observationes subjecimus.

Vale.

Raderi

observationes ad historiam Petri Siculi intelligendam commodae.

I.

Quanquam de auctore et rebus ab eo gestis pauca nobis explorata sint, tamen, quae ad hanc partem spectant, multa satis cognovimus.

Vixit Petrus Siculus [1]) a. p. C. n. praeter propter DCCCLXX, quo tempore ex imperio Basilii et filiorum Constantini et Leonis Imperatorum Orientis legatus Tibricam Armeniae civitatem, ut de captivorum permutatione ageret, missus est, caussamque feliciter, ut ipse extremis narrat paginis, cum novem Tibricae menses moratus esset, transegit.

II.

Legatio haec secundo Imperii Basilii et filiorum anno obita est, ut auctor ipse ultima pagina testatur, uno dumtaxat anno [2]) ante VIII Synodum oecumenicam, quae quarta est Constantinopolitana cujus hodie fragmenta tantum extant. Quanquam tota, sed inedita nec translata in Serenissimi Maximiliani et Augustana bibliotheca reperiatur, quam nunc apud nos habemus, ut totam latine faciamus [3]).

III.

Historia Archiepiscopo Bulgarorum nuper ad Christianam religionem traductorum est inscripta. Sed nomen Archiepiscopi nusquam exprimitur. Caussa fortean sit, quod Formosus quidem Episcopus Portuensis [4]), quem Nicolaus I. P. M. in Bulgariam (quam inferiorem Moesiam non pauci existimant) cum Paulo Populoniensi Episcopo, ut Anastasius Bibliothecarius auctor est, ad gentem in fide erudiendam miserat, a Michaële Bulgarorum Rege, qui Christiana sacra susceperat, in Archiepiscopum fuerit

1) An sit ille Siculus, quem Scilitza appellat Siculum Magistrum, quaero. Suspicor omnino eundem. Bella vero gesta Michaelis et Basilii cum Agarenis et Manichaeis describunt Curopalates Scilitza et Zonaras, aliique.

2) Hoc tamen ex sententia Petri Siculi.

3) [Edidit illa Raderus eodem anno, quo haec Petri Siculi editio prodiit, itaque inscripsit: *Acta sacrosancti et oecumenici concilii octavi, Constantinopolitani IV., nunc primum ex mss. Codd. graece cum latina interpretatione edita notisque passim illustrata. Ingolst.* 1604. 4. G.]

4) Hic Formosus postea P. M. creatus Stephano VI. successit.

postulatus, sed a Pontifice negatus, qui alios egregia virtutis laude praestantes presbyteros amandarat, ex quibus Michael Rex, quem vellet, designaret, et Romam ad consecrationem remitteret. Sed Pontifice interim extincto, Adriano vero II. succedente, caussa de Archiepiscopo adhuc agebatur, cum Petrus Siculus in legatione Armenica versaretur. Qui quod nesciret, qui esset vel dictus, vel creatus Archiepiscopus Bulgariae, nomen ejus non expressit, sed tanquam ad Archiepiscopum, quamvis anonymum, se scribere finxit. Hinc in inscriptione historiae legis *προσωποποιηθεῖσα, ὡς πρὸς ἀρχιεπίσκοπον* [1]).

IV.

Auctor sex capita impiorum dogmatum Manichaei proponit, et refutationem eorum promittit, nec in libro hoc praestat. Eapropter nos illa verba, de refutatione, in inscriptione omisimus. Jacobus Sirmundus in Vaticana bibliotheca duorum tantum capitum refutationem extare dicit, eamque ex nudis prope divinarum literarum testimoniis contextam.

V.

Describit hoc libro Manichaeorum originem a Scythiano, Terebintho, Manete coeptam, a Paulo Samosateno, Constantino quodam ac Simeone, et Sergio haeresiarchis propagatam ac identidem mutatam: horumque omnium vitam, vitia, flagitia, mortem exponit, uti se Tibricae, dum ibi novem menses versaretur, auctor ipse partim a Manichaeis, quibuscum disputando congressus erat, partim a Catholicis ad rectam fidem a Manete reductis didicisse affirmat.

VI.

Quae de Manete narrat, ex Cyrilli Hierosolymitani catechesibus prope syllabatim descripsit; quanquam sua subinde interserat, quae nova ipse in legatione explorarat. Multa quoque ex Epiphanii libro (quem de justo Dei judicio [2]) inscripsit, a me nunquam viso) atque ex libro contra octoginta haereses deprompsit.

1) [Haec omnia nihili esse, quivis horum temporum gnarus facile intelliget. Constantinopoli enim, et in aula Imperatoris, ad quam Petrus pertinuit, Romani sacerdotes, qui in Bulgariam irrepserant, hostium loco habebantur, qui terram ad Ecclesiam Constantinopolitanam pertinentem injuste occupavissent, atque ejici ex illa deberent. cf. quae supra in introductione hac de re monui. G.]

2) [Imo *de ponderibus et mensuris*. G.]

ΠΈΤΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΏΤΟΥ

ἱ σ τ ο ρ ί α

περὶ τῆς κενῆς καὶ ματαίας αἱρέσεως

τ ῶ ν Μ α ν ι χ α ί ω ν,

τῶν καὶ Π α υ λ ι κ ι α ν ῶ ν λεγομένων,

προσωποποιηθεῖσα 1)

ὡς πρὸς τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας.

*Εἰ καὶ χρησίμως ἡ ἀγροικία τῇ σιωπῇ συγκαλύπτεται, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖόν ἐστι μὴ
μακρᾷ σιωπῇ παραδοῦναι τὰ σιωπῆς οὐκ ἄξια. Κύριος γὰρ σοφοῖ τυφλοὺς, καὶ
τῶν ἐκ πίστεως προερχομένων ἁπλῶν ῥημάτων μᾶλλον προσίεται τὰ ψελλίσματα,* R. 2.
*ἢ τῶν ῥητόρων τὰς ἐκ τῶν λόγων ἄρκυς, διελιττομένας καθάπερ λαβύρινθον.
Τοιγαροῦν κἀγὼ, εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, τὴν ἁγίαν Τριάδα, τὸν μόνον ἀληθινὸν
Θεὸν ἡμῶν, ἐπικαλεσάμενος, τὸν ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσι δοξαζό-
μενον, καὶ πληροῦντα πᾶν στόμα δι᾽ αὐτὸν ἀνοιγόμενον, καὶ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς
συμμάχους αἰτούμενος λήψεσθαι, ὡς ἀρχιποίμενος* 2) *τῆς νεολέκτης ἱερᾶς καὶ*

1) Scribendum fortasse *πρόσαποπεμφθεῖσα.* 2) Ms. *ἀρχιποίμην.*

PETRI SICULI

historia

de vana et futili haeresi

Manichaeorum,

qui Pauliciani etiam dicuntur,

Archiepiscopo Bulgariae

dicata.

Etiamsi utiliter rusticitas silentio velatur, necessarium tamen est, non diuturno silentio tradi, quae silentio non digna sunt. Dominus enim illuminat caecos, atque ex fide prodeuntium simplicium verborum magis probat haesitantiam, quam perplexos rhetorum laqueos, labyrinthi instar implicatos. Quamobrem ego etiam, quamvis in dicendo rudis, sacrosancta Trinitate invocata, solo vero Deo nostro, qui super omnia, et per omnia, et in omnibus praedicandus, omnia ora, quae in sui honorem aperiuntur, diserta facit, vestra auxiliaria vota ut mihi contingant rogans, ut Archiepiscopi nuper collecti sancti et

τιμίας τοῦ Κυρίου ποίμνης, σὺν πᾶσι τοῖς περὶ σὲ θείοις ποιμέσι καὶ παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι, συνεῖδον καθεξῆς γράψαι ὑμῖν περὶ τῆς τῶν Μανιχαίων, τῶν καὶ Παυλικιανῶν λεγομένων, μυσαρᾶς αἱρέσεως, ὅθεν τε καὶ ὅπως καὶ διὰ τίνων ἐπὶ ταύτην ἤλασε μανιωδῶς τὴν ἀποστασίαν. Οὐ γὰρ ἄλλοι οὗτοι, καὶ ἄλλοι ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ Παυλικιανοὶ καὶ Μανιχαῖοι ὑπάρχουσι, ταῖς τῶν προηγησαμένων αἱρέσεσι τὰς ἐξευρεθείσας [1]) αὐτοῖς μυσαρὰς αἱρέσεις ἐπισυνάψαντες, καὶ ἓν ἀπωλείας βάραθρον ἀπορύξαντες. Εἰ γὰρ καὶ τῶν αἰσχρουργιῶν αὐτῶν εἰσὶν, ὡς αὐτοί φασιν, ἀμέτοχοι, ἀλλὰ τῶν αἱρέσεων αὐτῶν ἀκριβεῖς εἰσὶ φύλακες. Ἀναγκαίως δὲ τοῦτο πεποίηκα, ἐπειδὴ δουλείας τινὸς βασιλικῆς ἕνεκεν ἐκεῖσε παραγενόμενος, ἐν ἀρχῇ τῆς αὐτοκρατορίας Βασιλείου, τοῦ ἐκ Θεοῦ προκεχειρισμένου μεγάλου βασιλέως ἡμῶν, τοῦ πᾶσι τοῖς θείοις χαρίσμασιν ὑπερφυῶς κεκοσμημένου, τοῦ εὐσεβῶς καὶ θεοφιλῶς τὰ τῆς ῥωμαϊκῆς, ταὐτὸν δ᾽ εἰπεῖν καὶ χριστιανικωτάτης ἀρχῆς τὰ σκῆπτρα διέποντος, ἀλλὰ καὶ εἰς πολλὰς τὰς ἐτῶν περιόδους διέχοντος ἅμα τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ υἱέσιν καὶ θεοστέπτοις βασιλεῦσιν ἡμῶν, ὧν ἀνεπίληστος καὶ ἄληκτος καὶ αἰωνία ἡ μνήμη καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι διαφυλαχθείη εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἡ δὲ δουλεία ἡμῶν αἰχμαλώτων ἦν ὑπαλλαγὴ, ἥτις καὶ καλῶς γεγένηται ἐν τῇ ζωῇ καὶ χαρᾷ τῆς ἁγίας βασιλείας αὐτῶν. Χρονοτριβήσας τοίνυν ἐν τῇ αὐτῇ δουλείᾳ πρὸς τοὺς Παυλικιάνους ἐν Τιβρικῇ, καὶ πολλάκις αὐτοῖς διαλεχθεὶς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ πολλῶν ὀρθοδόξων κεῖσε κατοικούντων ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτῶν μαθὼν, πάλιν δε καὶ τῶν ἀσεβῶν ἐκείνων ἀκούσας φληναφούντων, ὡς μέλλουσιν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἀποστέλλειν ἐν τοῖς τόποις Βουλγαρίας, τοῦ ἀποστῆσαί

1) R. ἐξερευθείσας.

et pretiosi dominici gregis, non minus omnium circa te divinorum gregum et totius Ecclesiae coetus: constitui deinceps de Manichaeorum, qui Pauliciani etiam dicuntur, deterrima secta enarrare, unde et quomodo et per quos ad hanc apostasiam furiosa mente pervenerit. Neque enim illi alii, et alii hi sunt censendi, sed iidem sunt Pauliciani et Manichaei, qui majorum haeresibus hasce a se inventas spurcissimas haereses adsuerunt, atque unum quasi exitii barathrum effoderunt. Qui tametsi ab illorum impuritatibus, ut ipsi contendunt, sunt alieni, sunt tamen errorum illorum pertinaces custodes. Necessario autem hoc feci, quoniam Imperatoris jussu illuc accessi, ipso exordio imperii Basilii, a Deo delecti magni Imperatoris nostri, omnibus divinis donis eximie ornati, pie et religiose romani, et quod idem est christianissimi imperii sceptra administrantis, et in multas annorum periodos tenentis, una cum sanctis ejus filiis et a Deo corônatis Imperatoribus nostris, quorum memoria immortalis, et perennis, et sempiterna et in hoc saeculo et in futuro servetur precibus et supplicationibus sanctissimae nostrae Dei matris et semper virginis Mariae, et omnium sanctorum. Imperata nobis erat captivorum permutatio, quae etiam peracta est durante vita et laetitia sacri illorum Imperii. Quum igitur illius legationis obeundae causa apud Paulicianos Tephricae morarer, atque saepe et cum illis colloquerer, et e multis orthodoxis ibi degentibus accuratius eorum res cognoscerem, quum porro ipsos impios audirem garrientes, se ex suis missuros esse in loca Bulgariae, qui averterent

τινας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν καὶ μεμιαμμένην αἵρεσιν ἐπισπάσασθαι, τῇ ἀρχῇ τοῦ θείου κηρύγματος θαῤῥοῦντες, καὶ οἰόμενοι, ὡς εὐκόλως δυνήσονται τῷ ἀδήλῳ καὶ ἀληθινῷ σίτῳ τὰ οἰκεῖα σπεῖραι ζιζάνια (εἰώθασι γὰρ τοῦτο πολλάκις ποιεῖν οἱ ἀνόσιοι, καὶ πολλοὺς κόπους καὶ κινδύνους προθύμως ἀναδέχεσθαι πρὸς τὸ μεταδιδόναι τῆς οἰκείας λοίμης [1]) τοῖς παρατυγχάνουσι)· διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐπὶ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν. Κἀγὼ μὲν ὁ εὐτελὴς καὶ πάσης ἀρετῆς ἀμέτοχος τὰ γνωρισθέντα μοι πεπονημένως τῆς τῶν πολλῶν ἀσφαλείας ἕνεκα ὑμῖν δοκίμοις τραπεζίταις προστίθημι. Αὐτὸς, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, τὸ ἀκαλλὲς τῶν λέξεων παραδραμὼν, δέχοιο [2]) τὴν πρόθεσιν ἡμῶν, μὴ τὰ πρὸς ἀξίαν ἐπιζητῶν. Οὐδαμῶς γὰρ εὑρήσεις ἐν ἡμῖν ἀρετῆς ἴχνος, οὐδὲ καλλονὴν λόγου, καθὼς γνώσῃ ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις. R. 4.

Τῷ προέδρῳ Βουλγαρίας
Πέτρος [3]).

ΠΡΌΛΟΓΟΣ.

Φωτὸς παρουσία λύει σκότος, καὶ ποιμένων ἐπιστασία ἀπελαύνει κλεπτῶν καὶ θηρίων συστήματα. Ποιμὴν λογικῶν ἀληθὴς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος ἀκόλουθος, ὁ τὴν ἰδίαν, ὥσπερ ἐκεῖνος, τιθεὶς ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτοῦ, οὗ ἡ δικαιοσύνη ὡς φῶς ἐκπορεύεται, ὁ μεμεριμνημένῃ ψυχῇ, πάσῃ μηχανῇ

1) R. *λοίμην.* 2) R. *δέχοις.* 3) Raderus hic addit *πρόλογος*, quod ex mea sententia ad sequentia pertinet.

aliquos a recta fide, atque ad suam spurcissimam haeresin allicerent, sperantes eo se adjutum iri, quod divina praedicatio ibi initium modo ceperit, et putantes, latenti adhuc vero tritico se lolium suum superseminare posse (solent enim hoc impii saepenumero factitare, et multos labores et pericula promte suscipere, quo pestem suam, quibuscunque possint, infundant): hac re perductus sum ad hoc propositum. Equidem autem vilis et omnis virtutis expers, quae magno opere cognovi, incolumitatis multorum causa vobis tanquam probatissimis argentariis dedico. Tu vero, sanctum et divinum caput, orationis deformitate praetermissa, intueare mentem nostram, nihil ad amussim exigendo. Minime enim in nobis virtutis vestigium deprehendes, minime elegantiam orationis, ut intelliges ex sequentibus.

Antistiti Bulgariae
Petrus.

PROOEMIUM.

Lucis praesentia solvit tenebras, et pastorum custodia fugat furum et ferarum catervas. Pastor hominum verus ille est, qui verum pastorem sequitur, et animam, ut ille, ponit pro ovibus suis, cujus justitia ut lux exsplendet, qui sollicita mente, omni arte

*ταῖς τοῦ Διαβόλου κακίαις εὐστόχως ἀντιτεχνώμενος. Εἰ γὰρ καὶ πολλὰ τὰ ἔνε-
δρα τοῦ δολίου, ἀλλ᾿ οὐκ ἀγνοεῖν τὰ νοήματα αὐτοῦ παρὰ τῆς θείας γραφῆς
ἐξεπαιδεύθημεν, ὡς δὲ ἱστὸν ἀράχνου τὰς αὐτοῦ ἥγησθαι παγίδας τῇ βοηθείᾳ
τῆς ζωαρχικῆς καὶ πανυμνήτου Τριάδος, τοῦ μόνου Θεοῦ, ποιητοῦ τοῦ οὐρανοῦ
καὶ τῆς γῆς, πάσης τε ἀοράτου καὶ ὁρατῆς κτίσεως συνοχέως τε καὶ ἐξουσιαστοῦ
νενομοθετήμεθα. Προσέχειν δ᾿ ἄξιον, καὶ μὴ παρέργως τῶν ῥηθησομένων ἀκούειν.
Γενήσεται γὰρ τοῖς μὲν τελεωτέροις τὴν ἕξιν προσθήκη νικητικὴ τῆς κατὰ τοῦ
Διαβόλου πάλης καὶ μάχης ἐν τῷ τοῖς ἐναντίοις συμπλέκεσθαι δόγμασι, καὶ ταῦτα
ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τῶν θείων δογμάτων πελάγει ποιεῖν ὑποβρύχια· τοῖς δ᾿ ἁ-
πλουστέροις ἔτι καὶ γάλα ποτιζομένοις, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, ὡς νηπίοις, ἀσφαλὴς
ἕδρα τὸ μὴ περιπίπτειν, ὡς καλοῖς τοῖς χείροσιν. Ἀρίστη γὰρ αὕτη μηχανὴ τοῖς*
R. 6. *ἁπλουστέροις, τοὺς μιαροὺς ἐκείνους ἀποτρέπεσθαι μὲν καὶ βδελύττεσθαι, μὴ
πειρᾶσθαι δὲ ταῖς αὐτῶν πεύσεσιν ἀνταποκρίνεσθαι, ἀλλ᾿ ἐν τῷ πυνθάνεσθαι
αὐτοὺς σιγᾷν καὶ φεύγειν, εἰ δυνατὸν, ἐξ αὐτῶν τὸν ἰδιώτην ἀκροατὴν, ὡς ἐξ
ὄφεος. Οὐδὲν γὰρ ὠφελεῖ ὁ τοιοῦτος πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενος. Διὰ τοῦτο γὰρ
τοῖς ἰδιώταις προσδιαλέγονται, ὥστε τὰ ἅγια τοῖς ἑαυτῶν συμπατεῖν ποσὶ, καὶ
διασπαράττειν τὰ οὐράνια καὶ θεοπρεπῆ δόγματα, μὴ ὄντος τοῦ ἐμφρόνως ἀντι-
μαχομένου αὐτοῖς. Πῶς γὰρ ὅλως ἀνθρώπων ἀκούσουσιν οἱ [1]) τὸν μόνον θεὸν
κατὰ πᾶσαν ἡμέραν τε καὶ ὥραν μυρίαις ὕβρεσι καὶ ὀνειδισμοῖς καὶ ἀραῖς περι-
βάλλοντες! Ἄριστον οὖν ἐστὶ τὸ διαγινώσκειν αὐτοὺς τὸν ἰδιώτην, εἰς λόγους
δὲ αὐτῶν μὴ ἔρχεσθαι, μήποτε καὶ κινδυνεύσωσιν οἱ [2]) ἀπείρως πρὸς αὐτοὺς δια-*

1) R. καί. 2) R. καί.

Diaboli malitiis solerter obnititur. Quanquam enim multae sunt insidiae fraudulenti illius, consilia tamen illius non ignorare a sacra scriptura edocti sumus, sed aranearum quasi telas laqueos illius censere praesidio vivificae et semper laudandae Trinitatis, Dei solius, coeli et terrae conditoris, omnisque invisibilis et visibilis creaturae conservatoris et rectoris, lege jussi sumus. Operae vero pretium est advertere, neque perfunctorie quae dicentur audire. Continget enim habitu perfectioribus adjutorium victrix certaminis et pugnae contra Diabolum pugnandae, dum adoriuntur aliena dogmata, eaque in ecclesiastico divinorum dogmatum mari submergunt: simplicioribus autem adhuc, qui lacte nutriuntur, ut cum Apostolo loquar, tanquam infantibus, tutus erit locus, si in illos non incidunt, meliores in deteriores. Haec enim optima simpliciorum est ars, quod spurcissimos illos aversantur et exsecrantur, neque conantur illorum interrogationibus respondere; sed quod, dum illi sciscitantur, tacet et fugit, si fieri potest, ab illis indoctus auditor, velut ab serpente. Nihil enim proficit talis cum illis disputans. Propterea enim simpliciores alloquuntur, ut sancta conculcent pedibus, et discerpant caelestia et divina placita, dum non sit, qui prudenter eos oppugnet. Quomodo enim omnino homines audient, qui Deum unicum quotidie et quavis hora innumerabilibus conviciis, et maledictis et diris incessunt! Utile igitur est indocto eos cognoscere, in colloquium autem cum illis non venire, ne periculum incurrant,

λεγόμενοι. Χαλεπὸν γὰρ τὸ μὴ συναρπασθῆναι ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἁπλουστέρους· διότι πάντα τὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου λόγια διαλέγονται, καὶ μόνοι διαγινώσκουσι τὸν δόλον αὐτῶν οἱ 1) *ἐν πολλῇ τριβῇ τῆς θείας γραφῆς ὑπάρχοντες. Ἐκεῖνοι γὰρ οἱ μιαροὶ, ὅτε τινὶ ἐξ ἀρχῆς διαλέγονται, χρηστὸν σχηματίζοντες ἔχειν τὸ ἦθος τὰ πάντα, τὰ παρὰ τοῖς ὀρθοδόξοις Χριστιανοῖς δόγματα καὶ ἐπικυροῦσι δολίως καὶ ἐπαναφωνοῦσιν, ἀλληγοροῦντες ἀθέσμως καὶ λίαν ἀμαθῶς. Τὴν ἁγίαν Τριάδα Θεὸν ὁμολογεῖν λέγουσι, καὶ ἀναθεματίζουσι τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτήν· τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν ἐνανθρωπῆσαι λέγουσιν ἐν παρθένῳ, εἰ καὶ ἀσεβῶς καὶ ἀθέως, καὶ ἀναθεματίζουσι τοὺς μὴ οὕτως ὁμολογοῦντας, πάντα* 2) *τὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἰδιώματα ἄλλως μὲν τῷ στόματι, ἄλλως δὲ τῇ καρδίᾳ λέγοντες. Μάνεντα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μιαροὺς αἱρετικοὺς, ἔτι δὲ καὶ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα ἀναθεματίζουσι προθύμως· ἄλλους γὰρ ἔσχον πολὺ χείρους αὐτῶν τῆς κακίας διδασκάλους καὶ ἀρχηγέτας ὑπάρξαντας, καθὼς μετὰ μικρὸν δηλωθήσεται. Καὶ ἁπλῶς δίκην πολύποδος ἢ χαμαιλέοντος τῷ καιρῷ καὶ τῷ τρόπῳ καὶ τῷ προσώπῳ συμμεταβάλλονται, ὅπως τινὰ τῶν κουφοτέρων θηρεύσωσι· καὶ ὅτε γνῶσιν αὐτὸν προσέχοντα ταῖς ματαιολογίαις αὐτῶν, τότε μικρὸν παρεκφαίνουσιν αὐτῷ καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς μυστήρια. Διὰ τοῦτο χρησίμη καὶ ἡ τῶν βλαβερῶν διάγνωσις οὐχ ἧττον τῶν ὑγιεινῶν. Διαγνωστέον γὰρ ταῦτα, οὐχ ὥστε χρᾶσθαι αὐτοῖς, ἀλλ' ὥστε διαφεύγειν τὸν δι' αὐτῶν προσγινόμενον ὄλεθρον. Ἰτέον τοίνυν ἐπὶ τὸ προκείμενον.*

1) R. *καί*. 2) R. *καὶ πάντα*.

---

qui imperite cum iis disputent. Difficile est enim, simpliciores ab iis non abripi; quoniam omnia Evangelii et Apostoli oracula edisserunt, et ii soli fraudem illorum intelligunt, qui multum studii in sacra scriptura posuerunt. Illi enim impuri, quando primum cum aliquo colloquuntur, indolem virtutis per omnia prae se ferunt, orthodoxorum Christianorum placita fallaciter comprobant et deinceps praedicant, quum ea allegorice interpretentur impie et valde imperite. Sanctam Trinitatem Deum se profiteri ajunt, et anathematizant eos, qui eam non profitentur: dominum nostrum et Deum incarnatum esse dicunt in virgine, quanquam improbe et impie, et anathematizant eos qui non ita profitentur, dum incarnationis Domini proprietates aliter ore, aliter autem corde exponunt. Manem et asseclas ejus, haereticos spurcissimos, praeterea Paulum etiam Samosatenum promtissime damnant: alios enim habuere multo pejores impietatis suae magistros et duces, sicuti paulo post ostendetur. Denique prorsus polypi aut chamaeleontis instar pro temporis et moris et personae ratione commutantur, ut ex levioribus aliquem irretiant: et ubi animadvertunt, eum ad ineptias ipsorum attendere, tunc sensim ei aperiunt arcana etiam sua. Quam ob rem expedit perniciosa nosse non minus quam sana. Noscenda haec sunt, non ut illis utamur, sed ut perniciem, quae iis affertur, fugiamus. Accedamus igitur ad propositum.

R. 8. Ὁ ἀρχέκακος ὄφις καὶ πονηρότατος δράκων, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς, καὶ πάσης ἀδικίας ἀρχηγὸς καὶ διδάσκαλος, ὁ τοῦ ψεύδους καθηγεμὼν καὶ πατὴρ αὐτοῦ, ἡ τῆς ὑπερηφανίας βορβορώδης λίμνη, τὸ τῆς ἀλαζονείας σαθρότατον ὕψωμα, ὁ νίκην [1]) νηπίων τοῖς ποσὶ τῶν πιστῶν συμπατούμενος, τῇ οἰκείᾳ βουλῇ τοῦ Θεοῦ χωρίσας τὸ αὐτοῦ τίμιον πλάσμα, τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῆς ἐν Παραδείσῳ μακαρίας διαγωγῆς δι' ὑπερβολὴν κακίας ἐκβληθῆναι τοῦτον παρασκευάσας, ὁ πανάθλιος τῆς κακίας τὴν ἡδονὴν ἀντιδοὺς, πεπραμένον αὐτὸν ὥσπερ ἀνδράποδον ἐκ τῆς ἑκουσίου αὐτοῦ προαιρέσεως, τῇ ἁμαρτίᾳ οἴμοι ὠνήσατο, τοῦ μόνου Θεοῦ τοῦτο διὰ τὴν ἁμαρτίαν συγχωρήσαντος, καὶ ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ ἐν τῷ τοῦ Ἅιδου χωρίῳ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων φυλάττεσθαι ἐάσαντος μέχρι τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας καὶ πανυμνήτου Τριάδος. Πολλαῖς δὲ καὶ ποικίλαις τὸν ἄνθρωπον ὁ δόλιος εἰδωλολατρείαις καὶ μιάσμασιν εἰδωλικοῖς, αἰσχρουργίαις τε καὶ ἡδοναῖς δουλωσάμενος, ὡς οὐκέτ' ἀνακληθησόμενον ᾤετο ἐν ἑαυτῷ κατέχειν ὁ εὐχείρωτος. Ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας· ἔψευσται γὰρ τῶν ἑαυτοῦ ἐλπίδων ὁ ἀείψευστος. Ὁ γὰρ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ συνάναρχος τῷ Πατρὶ, καὶ συναΐδιος τῷ ὁμοουσίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ παναγίῳ Πνεύματι, ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ βουληθεὶς πάλιν ἀνακτήσασθαι ὃν διέπλασεν ἐκ γῆς ἄνθρωπον, καὶ τῷ οἰκείῳ ἐμφυσήματι θεοπρεπῶς ἐδόξασεν, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ συνεργίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος [2]) καθεὶς ἑαυτὸν, ἐκ παρθένου τε ἁγίας σάρκα ἀνειληφὼς ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ αὐτὸς γίνεται, οὐχ ὃ ἦν μεταβαλὼν, ἄτρεπτος γάρ·

1) Conjicio: *δίκην*. 2) R. omisit *πνεύματος*.

Auctor mali, serpens et deterrimus draco, zizaniorum sator, atque omnis iniquitatis auctor et doctor, mendacii dux et pater ejus, superbiae coenosus lacus, jactantiae caducum fastigium, infantis instar pedibus credentium conculcatus, postquam ex singulari Dei decreto seduxit nobile illius opus, hominem, atque effecit, ut ex beata Paradisi vita propter summam impietatem ejiceretur, miserrimus pro malitia voluptatem dedit, et venditum eum, tanquam mancipium, ex libero ejus arbitrio, peccato, proh dolor, emit, solo Deo hoc propter peccatum concedente, et velnti ergastulo ita inferorum loco animas hominum includi patiente, usque dum in carne apparebat filius Dei, Dominus et Deus noster Jesus Christus, unus ex sancta et semper laudanda Trinitate. Veterator autem, postquam multa et varia idololatria et idolorum sordibus, flagitiis insuper et voluptatibus hominem sibi mancipaverat, speravit fore, ut eum, non amplius in libertatem rediturum, apud se retineret, ille, qui ipse tam facile superari potuit. Sed non nanciscetur versutus praedam: fefellit enim eum spes sua, qui semper fallit. Unigenitus quippe filius et verbum Dei, qui absque initio est aeque ac Pater, et coaeternus consubstantiali et sanctissimo Spiritui, inenarrabili hominum amore constituit recuperare quem ex humo formaverat, suoque halitu immortaliter ornaverat, ex voluntate Patris et cooperatione Spiritus sancti demisit se ipsum, et ex virgine sancta carne assumta, anima rationali et intelligente animata, ipse nascitur, non quod erat mutando, mutari enim nequit:

ἀλλ' ὅπερ οὐκ ἦν προσλαβὼν, φιλάνθρωπος γάρ. Ἦν διελθὼν κεκλεισμένην,
προφητικῶς εἰπεῖν, ἔσωθεν, ἧς ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται πάντες τὰ σήμαντρα
πάλαι ξενοπρεπῶς προκατήγγειλαν, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ προβλεπτικῷ ὄμματι
προϋπέφηναν. Καὶ ὁ μὲν πύλην κεκλεισμένην μόνῳ τῷ Θεῷ τηρουμένην προέφη-
σεν [a]*, ὁ δὲ πηγὴν ἐσφραγισμένην* [b]*· ἕτερος δέ φησιν* [c]*· „ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ*
Ἰεσσαὶ“, ἡ παρθένος, „καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται“, ὁ Κύριος καὶ Θεὸς
ἡμῶν, ἐξ αὐτῆς σωματούμενος· ὁ δὲ αὐτὸς [d]*, „καὶ ἰδοὺ ἡ παρθένος“, ἔφη,*
„ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν“, δηλονότι τὸν Κύριον ἐξ αὐτῆς σαρκολογούμε- R. 10.
νον [1]*, δημιουργικῶς ἐν αὐτῇ ἐνοικοῦντα, καὶ σαρκοφόρον ἐξ αὐτῆς Θεὸν προερχό-*
μενον. Καὶ τί δὴ πάσας τὰς τοιαύτας μαρτυρίας ἀπαριθμεῖν, αἳ τοῖς φιλοπόνοις
τετήρηνται; Μήτις δὲ ἡμᾶς οἰέσθω τὰς περὶ τῆς ἀειπαρθένου θεοτόκου Μαρίας
μαρτυρίας μάτην ἀρτίως εἰς μέσον παραγαγεῖν. Καὶ γὰρ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ
τὸν θεῖον αὐτῆς τόκον ἐν δοκήσει καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ γεγενῆσθαι δογματίζουσι,
καὶ μετὰ τὸν θεῖον τόκον ἄλλους υἱοὺς ἐσχηκέναι ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ φληναφοῦσι.
Τὰς δὲ περὶ αὐτῆς τῶν προφητῶν μαρτυρίας οὐ προσδέχονται, καθὼς ὕστερον
ἀκριβέστερον δηλωθήσεται· φάσκουσι δὲ τοῖς τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀπο-
στόλου λόγοις ἐξακολουθεῖν, δολερῶς καὶ ὑπούλως τῷ κῳδίῳ τὸν λύκον περικαλύ-
πτοντες οἱ [2] *ἀνοητότατοι, καίτοι τῆς εὐαγγελικῆς καὶ θείας πυκτῆς, οὐ μὴν*
ἀλλὰ καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἐπισυχνῶς [3] *προφερόντων τὰς τῶν προφητῶν μαρτυ-*
ρίας, καὶ δεικνύντων αὐτοὺς ὡς ἀξιοπίστους μάρτυρας, πάντα ἀψευδῶς προκατ-
αγγείλαντας, καὶ μαρτυροῦντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πρὸς ὀξυωπίαν καὶ ἀγχίνοιαν
τοὺς ἀκροατὰς διεγείροντας, τοῦ μὴ σφάλλεσθαι τῆς ἀληθείας ἐπερχομένης, ὥσπερ

a) Ezech. 44, 2. b) Cant. 4, 12. c) Jes. 11, 1. d) Jes. 7, 14.

1) legendum fortasse *σάρκα λαβόμενον*. 2) R. *καὶ*. 3) R. *ἐπισυχνῷ*.

sed quod non erat assumendo, homines enim amat. Exiit, ut cum Prophetis loquamur, intus per clausam, cujus indicia lex et prophetae omnes, quantum peregrini valent, praenuntiaverunt, ejusque gloriam vultu praesago praesignificaverunt. Atque ille quidem portam clausam soli Deo servatam praedixit, hic autem fontem obsignatum: alius dicit: *erit radix Jessae*, virgo, *et flos de hac radice escendet*, Dominus et Deus noster corpore ex illa sumto: idemque, *et ecce virgo*, inquit, *in utero habebit, et pariet filium*, Dominum nempe, qui ex illa carnem assumsit, tanquam creator in illa habitavit, et ut Deus carne vestitus ex illa prodiit. Et quid opus est, omnia ejusmodi testimonia enumerare, quae studiosis servata sunt? Nemo autem existimet, nos illa de semper virgine Deique genitrice Maria testimonia modo temere in medium protulisse. Hostes enim veritatis divinum illius partum in speciem, non re vera, factum esse docent, et post divinum partum eam alios filios ex Josepho habuisse garriunt. Prophetarum vero de ea testimonia non admittunt, ut infra accuratius exponetur: dicunt autem, se Evangelii et Apostoli verba sequi, fraudulenter et subdole vellere lupum tegentes, vecordes, quanquam evangelicae et divinae scripturae, neque minus apostolicae auctores frequenter Prophetarum testimonia proferunt, eosque laudant ut locupletes testes, qui omnia verissime praenuntiaverint, veritatem adstruxerint, et ad acute videndum et recte intelligendum auditores excitarint, ne veritate adveniente fallerentur, utpote qui

στοιχείοις τισὶ ταῖς αὐτῶν προῤῥήσεσιν ἐντετυπωμένους, καὶ θεωρίας ἐπίβασιν ἐπὶ [1]) τὴν πρᾶξιν ποιουμένους [2]). Ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τῆς ἀείπαιδος κυρίως καὶ ἀληθῶς δεδοξασμένης θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας λόγος μικρὸν ἀναμεινάτω, κἂν οἱ δεινοὶ Παυλικιανοὶ διαῤῥήγνυνται· ἐπανακτέον δ' ἡμᾶς ὅθεν μικρὸν ἀνεκφοιτήτως ἀπέστημεν.

Τοῦ μεγάλου τοίνυν Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθέντος, καὶ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφέντος, πᾶσα μὲν ἐκποδὼν εἰδωλολατρεία οἴχεται, θεογνωσία δὲ ἀληθὴς πᾶσαν τὴν γῆν ὥσπερ ὕδωρ πολὺ κατεκάλυψεν. Ἐντεῦθεν ἡ τῶν οὐρανίων ἐπὶ γῆς ἀρετὴ πολιτεύεται, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ταῖς ἀρεταῖς θεοκλυτούμενοι συναμιλλῶνται οἱ ἄνθρωποι. Τοῦ σταυροῦ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς παγέντος, καὶ τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φιλανθρώπως τῇ θεότητι συγκαταβάντος, οὐ τὸ σῶμα καταβιβάσαντος [3]), ἀλλ' ἐκ γῆς τοῦτο προσλαβομένου ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν, καὶ ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ ὑψωθέντος, καὶ ταῖς τοῦ θείου αὐτοῦ αἵματος ῥανίσι τὴν γῆν καταρδεύσαντος, ὀσμὴν εὐωδίας
R. 12. *πνευματικῆς ταύτην διαπνέειν πεποίηκεν. Ἥτις τῷ ἁγιασμῷ τοῦ τιμίου αἵματος καὶ ὕδατος αὐτοῦ πιανθεῖσα λογικὰ ἡδύπνοα καὶ ποικίλα ἄνθη βλαστάνουσα πανταχοῦ καὶ νῦν οὐ διαλιμπάνει. Προσκυνεῖται τοίνυν ξύλον, δι' οὗ σωτηρία τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων δεδώρηται, δι' οὗ ὁ ἀρχέκακος ἐχθρὸς εἰς γῆν καταῤῥαγεὶς, καιρίαν ἐν καρδίᾳ τὴν πληγὴν εἰσεδέξατο. Ἐν οὐδενὶ γὰρ ἑτέρῳ συμβόλῳ τῶν Χριστοῦ παθημάτων φοβερὰ τεράστια τοιαῦτα γέγονεν, οἷα ἐν τῷ τιμίῳ καὶ ζωοποιῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου· νεκροὶ ἀνιστάμενοι, καὶ πρὸ τῆς ἐν τῷ Ἅιδῃ καθόδου [4])*

1) Apud R. deest *ἐπί*. 2) Fortasse legendum *τετυπωμένης* et *ποιουμένης*.
3) R. *καταβάσαντος*. 4) R. *καθόδῳ*.

elementa quaedam illorum vaticiniis animo infixa haberent, et a contemplatione ad rem ipsam transirent. Sed de semper florente, praecipue et vere colenda Dei genitrice et semper virgine Maria oratio paululum subsistat, etiamsi immanes Pauliciani rumpantur: redeundum est nobis eo, unde paulo ante non sentientes digressi sumus.

Magno igitur Deo et servatore nostro Jesu Christo in terra apparente et nobiscum hominibus commorante, omnis idololatria e medio cessit, Dei autem vera cognitio terram omnem aequoris instar magni contexit. Ex eo tempore caelestium virtus in terra civitatem assecuta est, et cum angelis homines Deum invocantes virtutibus certant. Cruce enim in terra defixa, et pane vitae de coelo hominum causa cum divinitate degresso, corpore non de coelo deducto, sed e terra assumto, eadem nobiscum patiente, et in crucis lignum elevato, et divini sanguinis guttis terram irrigante, effectum est, ut odor suavitatis spiritualis terram perflaret. Quae consecratione pretiosi sanguinis ejus et aquae fecundata rationales flores suaveolentes et varios producere ubique hactenus non desinit. Adoratur igitur lignum, per quod salus humano generi donata est, per quod mali auctor nobis inimicus in terram dejectus letalem in pectore plagam accepit. Nullo enim alio signo Christi passionum talia tremenda prodigia effecta sunt, qualia venerabili et salutifera cruce Domini: mortui ad vitam revocati, atque ante Domini et Dei

τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν καταπέτασμα ῥηγνύμενον, γῆ σειομένη, ἥλιος σκοτιζόμενος καὶ πάλιν ἀναφλεγόμενος, τῷ μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων δεικνὺς σκοτόμαιναν, τῷ δὲ τῆς ἀναστάσεως προδεικνὺς τὴν φαιδρότητα· τέλος ἡ πάντων ἐν τῷ Ἅιδῃ κατεχομένων ψυχῶν ἀπολύτρωσις τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν πρὸς αὐτοὺς γενομένη, καὶ ἡ τοῦ Ἅιδου κατάλυσις, τοῦ μηκέτι κατέχειν τὰς τῶν ἐν Κυρίῳ κεκοιμημένων ψυχάς. Ταῦτα πάντα ἡ τοῦ θείου σταυροῦ ἀήττητος δύναμις τὰ φοβερὰ εἰργάσατο τεράστια τῇ δυνάμει τοῦ ἐν αὐτῷ προσπαγέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Αἰσχυνθήτωσαν οὖν, καὶ ἐντραπήτωσαν, καὶ ἀπολέσθωσαν οἱ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαρνούμενοι, καὶ μὴ προσκυνοῦντες [1]) αὐτὸν ἀδιστάκτῳ πίστει θεοδώρητον καὶ ἀκαταμάχητον τρόπαιον. Ὁ γοῦν βάσκανος καὶ παμπόνηρος καὶ μισόκαλος Διάβολος, τὴν κεφαλὴν συνθλασθεὶς, καὶ τὴν καρδίαν τῷ σταυρικῷ δόρατι διαπαρεὶς, οὐχ οἷός τε ἦν φανερῶς οὕτως τὰ ἑαυτῷ καταθύμια ὡς εἰώθει ἐργάζεσθαι βδελύγματα· λάθρα δὲ τινῶν ἀθλίων τὰς ψυχὰς ἐκβακχεύσας καὶ τὸν νοῦν φενακίσας, ἠπάτησεν ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων κεκαυτηριασμένων τὴν οἰκείαν συνείδησιν ἄξια τοῦ ἀσβέστου πυρὸς σὺν ἑαυτῷ ὑπεκκαύματα. Ἀλλ' οὐκ ἐνέλιπεν ὁ ἀγαθὸς καὶ πανάγαθος καὶ ὑπεράγαθος Κύριος συνήθως εὐεργετεῖν τὸ ἑαυτοῦ τίμιον πλάσμα, τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἔθετο ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον Ἀποστόλους, ὡς αὐτόπτας καὶ ὑπηρέτας τὴν αὐτοῦ ἀπειροδύναμον σωματικὴν συγκατάβασιν ἀριδήλως διαγγέλλοντας, καὶ τὰς θεοσημείας [2]) πανaληθῶς ἐκφράζοντας, μήτε τοῖς σωματικοῖς τοῦ Χριστοῦ ἐπαισχυνομένους παθήμασιν, μήτε τοῖς θαύμασι ψεῦδος ἐπιφημίζοντας, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς ἀληθείας φροντίζοντας, καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀψευδῶς κηρύττοντας· δεύτερον προφήτας, R. 14.

1) R. *προσκυνοῦνται.* 2) R. *θεοσημίας.*

nostri ad Inferos descensum velum diruptum, terra movens, sol deficiens et denuo lucescens, tum Judaeorum tenebras significans, tum resurrectionis praesignificans hilaritatem: denique omnium apud Inferos detentarum animarum liberatio, adventu Domini et Dei nostri apud eos facta, et Orci eversio, ita ut non amplius detineat animas in Domino mortuas. Haec omnia invicta crucis vis tremenda perpetravit prodigia virtute illius, qui cruci affixus erat, Christi, Dei nostri. Erubescant igitur, et pudeant, et intereant, qui gloriam ejus inficiantur, neque venerantur certissima fide tropaeum a Deo datum et inexpugnabile. Diabolus igitur ille, invidus, malignus et boni adversarius, quum caput elisum esset, et pectus telo crucis perfossum, non valuit amplius aperte, ut consueverat, dilecta sibi flagitia perpetrare: sed furtim miserorum aliquorum animas efferavit et mentes circumvenit, et seduxit fraude mendaciloquorum, infamia conscientiae inusta notatorum, ut fierent sempiterni ignis cum ipso pabulum. Neque vero destitit bonus et optimus et clementissimus Dominus, ut solitus est, benefacere homini, nobili suo operi: sed posuit in Ecclesia primum Apostolos, qui, ut testes oculati et ministri, immensae ejus potentiae in corpus descensum clarissime praedicarent, ejusque divina miracula verissime enarrarent, neque Christi passiones corpore sustentas erubescerent, neque miraculis mendacium adderent, sed ubique veritatem curarent, et Dei verbi in carne oeconomiam sincere promulgarent: deinde Pro-

τὰ κεκρυμμένα καὶ ἀνίατα πάθη τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῆς ἐξουσίας μαχαίρᾳ πρὸ ῥιζῶν ἀναστέλλοντας [1]), καὶ τὰ χρηστὰ καὶ τὰ τεθηλότα τῶν ἀρετῶν φυτουργοῦντας βλαστήματα· τρίτον διδασκάλους, ἀμφοῖν τοῖν δυοῖν συνηγοροῦντας, καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς πραχθέντα τε καὶ λεχθέντα τελεώτερον σαφηνίζοντας. Τούτων τοῖς θείοις δόγμασι πᾶσα τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησία πάλαι καὶ νῦν κρατύνεται, ἧς πύλαι Ἅιδου, αἱ φθοροποιοὶ αἱρέσεις, ὅτι [2]) κατίσχυσαν οὐδέποτε, οὐδὲ κατισχύσουσιν, εὖ ἴσμεν κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν. Εἰς ἀφρὸν δὲ τὰ κύματα τῆς τῶν αἱρετικῶν γλωσσαλγίας πάντοτε διαλέλυνται, κατὰ καιρὸν ἑκάστοις τῆς ὀρθοδοξίας προμάχοις ἕκαστοι συμπλακέντες αἱρεσιάρχαι [3])· καὶ τῆς ἀληθείας τῷ φωτὶ τοῦ ζόφου τῶν αἱρέσεων ὑποχωρήσαντος, αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι διέμειναν ἀσάλευτοι. Ἀλλ' οἱ μὲν πανάθλιοι αἱρετικοὶ εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον τῶν μυσαρῶν αὐτῶν διανοιῶν τὰς κακίας ὤδινον, ὅμως [4]) μετ' οὐ πολὺ τῆς αὐτῶν κακουργίας τὸ ψεῦδος διεῤῥήσσετο· καὶ τούτου τοῖς πᾶσι διαγνωσθέντος καὶ ἐκποδὼν γενομένου, αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι κατηυγάζοντο, ἀλλὰ καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα καταυγασθήσονται.

Ἡ δὲ ἐσκοτισμένη καὶ βορβορώδης καὶ στασιώδης καὶ παμμίαρος καὶ αἰσχρουργὸς τῶν Μανιχαίων αἵρεσις ὑπὸ πάντων ἐθνῶν διωκομένη διὰ τὸ ἀνίατον αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ πάσης βδελυρίας ἀνάμεστον, καὶ σιγῇ βαθείᾳ παρ' αὐτῶν τιμωμένη καὶ σεβομένη (τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτοῖς τὸ περισπούδαστον τὸ μὴ τὰς τελετὰς αὐτῶν καὶ τὰς αἱρέσεις εἰς πάντας, καὶ τοὺς παρ' αὐτοῖς οἰκείους, οὔπω λέγω τοὺς ξένους αὐτῶν, δημοσιεύεσθαι, ἀλλ' εἰς ὀλίγους, οὓς ἂν ἴδοιεν παρ' αὐτοῖς τελεωτέρους τὴν ἀσέβειαν), καιροῖς δέ τισι πρὸ χρόνων οὐ πολλῶν ταῖς

1) Legendum: πρόῤῥιζον ἀνατέμνοντας. 2) Apud R. deest ὅτι. 3) Fortasse legendum: ἑκάστων συμπλακέντων αἱρεσιάρχων. 4) R. ὅ μεν.

phetas, qui occulta et insanabilia mala potenti Spiritus sancti gladio a radicibus reciderent, bonosque virtutum surculos et florentes insererent: praeterea doctores, amborum illorum defensores, qui ea quae illi egissent et docuissent plenius explicarent. Quorum divinis doctrinis universa Christianorum Ecclesia olim et nunc stabilitur, quam a portis Inferorum, pestiferis haeresibus, nunquam oppressam esse, neque oppressum iri, certo scimus secundum divinum effatum. In spumam autem effrenatae haereticorum linguae fluctus semper dissoluti sunt, quum opportune propugnatores rectae fidei adversarios haberent quicunque haeresiarchae, quibuscum manum consererent: et veritatis lumine tenebris haeresium dispulsis, Ecclesiae Dei permanent inconcussae. Miserrimi vero haeretici quanquam ad breve sordidi sui ingenii pravitates parturierunt, tamen non longo tempore interjecto nequitiae suae mendacium dissipatum est: eoque omnibus perspecto et e medio sublato Ecclesiae Dei exsplenduerunt, et nunc et in aeternum exsplendescent.

Manichaeorum autem tenebricosa, lutulenta, seditiosa, sceleatissima et turpissima haeresis, ab omnibus populis exagitata propterea quod insanabilis erat et omnis turpitudinis plena, et alto silentio ab istis culta et observata (id enim maxime student, ne caeremoniae suae et doctrinae omnibus, ne familiaribus quidem, nedum peregrinis, innotescant, sed paucis tantum, quos apud se in impietate plus proficere videant), data autem opportunitate non ante multos annos

ἀποστατικαῖς δυνάμεσι τελείως ἐνεργηθεῖσα, τὴν αὐτοῦ πρόδρομον ἀποστασίαν ὠδίνασα ἐκύησεν, ἑτέρους δαίμονας σαρκίνους σὺν τῷ καθηγεμόνι αὐτῶν Διαβόλῳ ἀναδείξασα. Οὓς μηδεὶς ἀπιστήσοι δαίμονας ὑπάρχειν· τὰ γὰρ μὴ τολμώμενα παρὰ τῶν δαιμόνων λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι αὐτοὶ ἀναιδῶς καὶ ἀπηρυθριασμένως κατά τε τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ πάντων ἀνθρώπων πράττουσί τε καὶ λέγουσιν (ὡς ἔστιν ἀθρῆσαι αὐτοὺς ἀνεπιμίκτους τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχοντας δι' ἄκραν αἰσχρουργίαν καὶ τὴν ἔρημον οἰκοῦντας ὥσπερ τοὺς δαίμονας, καὶ ξένα R. 16.
τινὰ καὶ ἀλλόκοτα ἐπιφημίζοντας προβλήματα), ὡς δῆθεν τοῖς τοῦ ἱεροῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου λόγοις οὐκ ἐπερειδόμενοι, συκοφάνται [1] *καὶ παμμίαροι. Ἀλλὰ τίνα ταῦτα, καὶ πόθεν, καὶ πότε, ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος διηγήσομαι, κεφαλαιώσας ὀλίγα τινὰ εἰς ἀριθμοὺς ἐν ψιλῇ τέως ἀπαριθμήσει διὰ τὸ εὐμνημόνευτον· εἶθ' ὕστερον μετὰ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς συμπλοκῆς ἀπαρξόμεθα, τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ πρὸς αὐτοὺς ἀντιμαχησόμενοι* [2], *ὅση δύναμις, εὐθύς τε τὰς γραφικὰς ἀποδείξεις τε καὶ προφητειῶν μαρτυρίας ἑνὸς ἑκάστου κεφαλαίου ἐν παραλλήλων τάξει ὑποθήσομεν.*

Πρῶτον μὲν γάρ ἐστι τὸ κατ' αὐτοὺς γνώρισμα τὸ δύο ἀρχὰς ὁμολογεῖν, πονηρὸν Θεὸν καὶ ἀγαθόν· καὶ ἄλλον εἶναι τοῦδε τοῦ κόσμου ποιητήν τε καὶ ἐξουσιαστήν, ἕτερον δὲ τοῦ μέλλοντος. Καὶ τοῦτό ἐστιν εἰς αὐτοὺς πολλάκις ἐπισημειώσασθαι ἀστειότητος χάριν, ἐλευθεριαζόντων [3] *αὐτῶν λεγόμενον πρός τινα, ὁποῖος αὐτοῖς ἐστιν ὁ προσδιαλεγόμενος· εἰπέ μοι, φασι* [4], *τί ἐστι τὸ χώριζον*

Πρῶτον seqq.) ad haec cf. *Photii contra Man. lib. I. p.* 17.

1) R. *λόγοις ἐπιρειδόμενοι οὐ συκοφάνται.* 2) R. *ἀντιμαχησάμενοι.* 3) Ms. *ἐλευθερία ὄντων.* 4) R. *φησι.*

viribus a Deo abalienatis ad perfectionem perducta, prodromum suum apostasiam parturiendo edidit, aliis daemonibus carne indutis cum duce suo Diabolo prolatis. Quos daemones esse nemo infitias eat: quae enim ipsi daemones vel dicere vel facere non ausi sunt, isti sine pudore et rubore adversus Deum omnium Dominum et omnes homines et faciunt et dicunt (ut videre est eos secretos ab hominibus sedere propter summam turpitudinem, et desertum inhabitare, ut daemones, et dubia peregrina et prodigiosa jactare), scilicet sancti Evangelii et Apostoli verbis minime parcentes, calumniatores et scelestissimi. Sed quaenam fuerint isthaec, et unde, et quando, sermone huc delapso jam enarrabo, summatim paucis ad numeros exponens, nuda jam nunc enumeratione, quo facilius memoria teneatur: tunc narratione de iis finita certamen etiam cum iis committemus, cum Dei auxilio contra eos pugnaturi pro facultate nostra, simulque et scripturae argumenta et prophetiarum testimonia singulis capitibus parallelorum ordine subjiciemus.

Primum indicium, quo illi cognoscuntur, est, quod duo principia profitentur, malum Deum et bonum; et alterum esse hujus mundi conditorem et dominum, alterum autem futuri. Atque hoc de iis saepe licet facetiae causa annotare, quod, quum sibi indulgent, alicui dicunt, quicunque cum ipsis sermocinetur: *dic mihi*, inquiunt, *quid est*, *quod nos*

ἡμᾶς ἐκ τῶν Ῥωμαίων; (ἑαυτοὺς οἱ ἄσπονδοι, καὶ ἄχρηστοι, καὶ ἀχάριστοι, καὶ ἀφιλάγαθοι Χριστιανοὺς ἀποκαλοῦντες· ἡμᾶς δὲ, τοὺς ἀληθῶς ἐπωνύμους Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Ῥωμαίους ὀνομάζοντες, τῷ ἐθνικῷ ὀνόματι τὸ κύριον ἀμεῖψαι πειρώμενοι, ᾧτινι μᾶλλον ἡμεῖς οἱ [1]) ἀψευδεῖς Χριστιανοὶ σεμνυνόμεθα, ἢ χιλιάδων καὶ μυριάδων χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ λίθων τιμίων τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ὑπαρχόντων εἰ ἦν ἕκαστος ἡμῶν κύριος.) Λέγουσι δὲ τοῦτο εἶναι τὸ χώριζον αὐτοὺς, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἄλλον Θεὸν λέγουσιν εἶναι τὸν τοῦ κόσμου ποιητὴν, καὶ ἕτερον Θεὸν, ὃν καὶ πατέρα ἐπουράνιον λέγουσι, μὴ ἔχοντα δὲ ἐξουσίαν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· ἡμεῖς δὲ τὸν αὐτὸν ἕνα Θεὸν ὁμολογοῦμεν καὶ παντουργὸν, καὶ παμβασιλέα, καὶ παντοκράτορα. Καὶ λέγουσι πρὸς ἡμᾶς· ὅτι „ὑμεῖς", φασι [2]), „πιστεύετε εἰς τὸν κοσμοποιητὴν, „ἡμεῖς δὲ εἰς ἐκεῖνον, περὶ οὗ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος λέγει, ὅτι οὔτε φωνὴν „αὐτοῦ ἀκηκόατε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε"· ματαίως καὶ ἀνοήτως [3]) κενοφωνούμενοι, καθὼς ὕστερον δηλωθήσεται.

R. 18. *Δεύτερον, τὸ τὴν πανύμνητον καὶ ἀειπάρθενον θεοτόκον μηδὲ κἂν ἐν ψιλῇ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων τάττειν ἀπεχθῶς ἀπαριθμήσει· μηδὲ ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐρανόθεν τὸ σῶμα κατενεγκεῖν· καὶ ὅτι μετὰ τὸν τοῦ Κυρίου τόκον καὶ ἄλλους, φασὶν [4]), υἱοὺς ἐγέννησεν ἐκ τοῦ Ἰωσήφ.*

Τρίτον, τὸ τὴν θείαν καὶ φρικτὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν μετάληψιν ἀποτρέψαι· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἄλλους περὶ τοῦτο πείθειν οἴεσθαι, λέγοντες, ὅτι οὐκ ἦν ἄρτος καὶ οἶνος,

cf. *Photius lib. I. p.* 18–23.

1) R. ἡμᾶς καί. 2) R. φησι. 3) R. νοήτως. 4) R. φησιν.

a Romanis sejungat? (quum se ipsi hostiles illi, et perditi, et ingrati, et scelesti Christianos nuncupent, nos autem Christo, vero Deo nostro, vere cognomines Romanos appellent, ethnico nomine dominicum permutare conantes, quo nos germani Christiani magis gloriamur, quam si quisque nostrum infiniti auri et argenti, lapidumque pretiosorum esset dominus). Asserunt autem hoc se sejungi, quod ipsi alium Deum dicant esse mundi conditorem, et alium Deum, quem et patrem caelestem vocitant, potestatem habentem non hoc in mundo, sed in futuro saeculo: nos vero eundem unum Deum profiteamur, rerum omnium conditorem, et regem, et dominum. Et dicunt nobis: _vos, inquiunt, creditis in mundi conditorem, nos autem in illum, de quo in Evangeliis Dominus loquitur: neque vocem ejus audistis, neque speciem vidistis_: temere et stolide garrientes, ut infra demonstrabitur.

Secundum, quod deiparam hymnis adorandam et semper virginem hostili animo neque in mero bonorum hominum numero ponunt: neque ex illa natum esse Dominum, sed e caelo corpus detulisse: et post Domini partum plures etiam filios, ajunt, peperit ex Josepho.

Tertium, quod divinam et tremendam sanctorum sacramentorum corporis et sanguinis Domini Dei nostri perceptionem recusant: praeterea autem eo ferri, ut aliis etiam id persuadeant, dicentes: non erat panis et vinum, quod Dominus

ὃν ὁ Κύριος ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ δείπνου, ἀλλὰ συμβολικῶς τὰ ῥήματα αὐτοῦ αὐτοῖς ἐδίδου, ὡς ἄρτον καὶ οἶνον.

Τέταρτον, τὸ τὸν τύπον καὶ τὴν ἐνέργειαν καὶ δύναμιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ μὴ ἀποδέχεσθαι, ἀλλὰ μυρίαις ὕβρεσι περιβάλλειν, ἣν καὶ οἱ δαίμονες, καὶ ἐν ἀέρι [1]) μόνον χαραττομένην, βλέποντες τρόμῳ δραπετεύουσι σὺν τῷ ἀρχηγῷ αὐτῶν τῷ Διαβόλῳ.

Πέμπτον, τὸ μὴ ἀποδέχεσθαι αὐτοὺς τὴν οἱανοῦν βίβλον παλαιὰν, πλάνους καὶ λῃστὰς τοὺς προφήτας ἀποκαλοῦντας, καθὼς ὕστερον ἐν ἰδίῳ χωρίῳ δηλωθήσεται τελεώτερον· ἢ μόνον τὴν θείαν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου τετρακτὺν [2]), καὶ τὰς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου δεκατέσσαρας ἐπιστολὰς, καὶ Ἰακώβου καθολικὴν, καὶ τὰς Ἰωάννου τρεῖς, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰούδα καθολικὴν, καὶ πράξεις τῶν Ἀποστόλων [A]), ὡς εἰσὶ παρ' ἡμῖν, ἀπαραλλάκτως ἐν λέξεσιν. Ἔχουσι δὲ καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Σεργίου ἐπιστολὰς θεοστυγεῖς [3]), πάσης ὑπερηφανίας καὶ ἀσεβείας ἀναμέστους [4]). Τὰς γὰρ δύο καθολικὰς τοῦ μεγάλου καὶ ἀκραιφνοῦς θεμελίου τῆς Ἐκκλησίας, τοῦ κλειδούχου τῆς τῶν οὐρανῶν [5]) βασι-

cf. *Photius lib. I. p.* 23. 24.

A) In margine codicis haec a seriore manu adscripta erant: *Οὐκ οἶδα, εἰ οἱ τότε ἐχρῶντο τῇ Ἰακώβου ἢ ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ, καὶ ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων· οἱ γὰρ νῦν μόνοις τοῖς δ' α) χρῶνται Εὐαγγελίοις, καὶ μᾶλλον τῷ κατὰ Λουκᾶν, καὶ ιε τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολαῖς β)· ἔχουσι γὰρ καὶ πρὸς Λαοδικεῖς ἑτέραν ἐπιστολήν.*

α) R. *δύο.* Neque *δύο* neque *δυοῖν* cum *τοῖς Εὐαγγελίοις* jungi potest, articulus autem monet, de quatuor Evangeliis pervulgatis cogitandum esse. β) R *καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολῇ*, vertit autem: et quindecim epistolis s. Pauli.

1) R. *ἐν ἀέρι καί.* 2) R. *τετρακτήν.* 3) R. *θεωστυγεῖς.* 4) R. *ἀμέστους.* 5) R. *τῶν αὐτῶν.*

discipulis suis in coena dedit, sed symbolice verba sua iis dedit, tanquam panem et vinum.

Quartum, quod formam et potentiam et vim venerandae et vivificae crucis non solum non agnoscunt, sed infinitis etiam contumeliis afficiunt, quam ipsi daemones, quum et in aëre modo delineatam vident, trepidi fugiunt cum principe suo Diabolo.

Quintum, quod non admittunt qualemcunque librum veterem, et prophetas impostores et latrones appellant, sicut infra suo loco accuratius ostendetur: praeter solum divinum sancti Evangelii quaternionem, et sancti Pauli Apostoli quatuordecim epistolas, et Jacobi catholicam, et Johannis epistolas tres, et sancti Judae catholicam, et acta Apostolorum [A]), ut apud nos sunt, ne verbo quidem mutato. Habent vero Sergii etiam epistolas Deo invisas, omni superbia et impietate refertas. Duas enim catholicas magni et integerrimi Ecclesiae fundamenti, regni caelorum clavigeri,

A) *In margine:* Nescio, an tunc temporis usi sint Jacobi an alia epistola, et actis Apostolorum: nam hodie quatuor tantum Evangeliis utuntur, et potissimum evangelio etiam Lucae, et quindecim epistolis s. Pauli: habent enim etiam ad Laodicenos alteram epistolam (praeter eam ad Ephesios, quae ad Laodicenos etiam scripta erat.)

λείας, Πέτρου τοῦ Πρωταποστόλου, οὐ δέχονται, ἀπεχθῶς πρὸς αὐτὸν διακείμενοι, καὶ ὕβρεσι καὶ ὀνειδισμοῖς μυρίοις περιβάλλοντες, οὐκ οἶδ' ὅ,τι συνιδόντες, τάχα δὲ, ὡς ἐγὼ ὑπολαμβάνω, ὅπερ αὐτοῖς καὶ πολλάκις κατὰ πρόσωπον εἶπον, διὰ τὸ προφητεῦσαι αὐτὸν τὸ μέλλον εἰς αὐτοὺς ἔσεσθαι ἐκ τῆς ἀνοσιουργοῦ αὐτῶν κακίας ἰδίωμα, ἐν οἷς φησὶν ὁ μακάριος Ἀπόστολος ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ
R. 20. *αὐτοῦ [a]) · „διὸ ἀγαπητοί μου ταῦτα πάντα προσδοκῶντες“ (τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Κυρίου παρουσίᾳ δηλονότι), „σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἄμωμοι αὐτῷ εὑρε-„θῆναι ἐν εἰρήνῃ, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν σωτηρίαν ἡγεῖσθε, „καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν „ἔγραψεν ὑμῖν, ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ „τούτων· ἐν αἷς ἐστὶ δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλώσου-„σιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν.“ Οὗτός ἐστιν ὁ παρ' αὐτοῖς μὲν ψόγος τῷ Ἀποστόλῳ προσφερόμενος· παρὰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ ἐγκώμιον αὐτῷ ὑπάρχον πεπαῤῥησιασμένης προφητείας, πάσης ῥητορικῆς πλοκῆς [1]).*

Ἕκτον, τὸ τοὺς Πρεσβυτέρους τῆς Ἐκκλησίας ἀποτρέπεσθαι. Φασὶ [2]) δὲ, ὅτι τηνικαῦτα [3]) οἱ Πρεσβύτεροι κατὰ τοῦ Κυρίου συνήχθησαν, καὶ διὰ τοῦτο οὐ χρὴ αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι, ψιλῷ τῷ ὀνόματι καὶ μόνῳ ἀπεχθανόμενοι.

Περὶ ὧν ὕστερον ἐν τῇ κατὰ βάθους ἐξετάσει ἐν ἰδίῳ ἑκάστῳ κεφαλαίῳ σαφέστερον λεχθήσεται.

cf. *Photius lib. I. p.* 24—27. 31.

1) Scribendum censeo: ἄνευ πάσης ῥητορικῆς πλοκῆς. 2) R. Φησὶ. 3) τηνικαῦτα) R. τήν.

a) 2 Petr. 3, 14.

Petri principis Apostolorum, non admittunt, sed inimico in eum animo innumeris conviciis et contumeliis afficiunt, nescio quid spectantes, fortasse autem, ut equidem suspicor, iisque etiam saepe coram in os edixi, quod ille vaticinatus est, quale ex nefaria illorum impietate genus illis emergeret, illo loco quo beatus Apostolus in altera sua epistola loquitur: *Propterea, dilectissimi, haec omnia expectantes* (nempe in altero Domini adventu), *contendite, ut immaculati et integri ab eo inveniamini in pace, et Domini nostri longanimitatem salutem censete, sicut carissimus etiam frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut et in omnibus suis epistolis, loquens in eis de his: in quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae indocti et instabiles pervertent, ut caeteras etiam scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Hinc est vituperatio, quae ab iis Apostolo infertur, unde coram veritate ipsi est laus intrepidae annuntiationis, (absque) omni oratoria contorsione.

Sextum, quod Presbyteros ab Ecclesia rejiciunt. Dicunt autem, olim Presbyteros adversus Dominum congregatos esse, et propterea non debere eos nominari, propter nudum solum nomen iis inimici.

De quibus postea in inferiore disquisitione singulis quibusque capitulis accuratius dicetur.

Ἤδη δὲ λοιπὸν καὶ τῶν ὑπομνηματικῶν ἱστοριῶν ἀπάρξασθαι καιρός ἐστιν. Ἀπάρξομαι δ' οὕτως, τά τε παρὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐν ταῖς κατηχήσεσι ῥηθέντα προθεὶς, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀρτίως διαγνωσθέντα ὑποθεὶς, ὡς ἂν ἄρα οἰκειοτέρα ἡ σκέψις γενήσεται [a]).

„Ὁ δυσώνυμος Μάνης οὐκ ἔστιν ἀπὸ Χριστιανῶν, μὴ γένοιτο, οὐδὲ κατὰ „τὸν Σίμωνα ἐξεβλήθη τῆς Ἐκκλησίας, οὔτε αὐτὸς, οὔτε οἱ πρὸ αὐτοῦ τῆς τοι„αύτης κακίας διδάσκαλοι· κλέπτης γάρ ἐστιν ἀλλοτρίων αἱρέσεων ἰδιοποιούμενος „τὰ κακά. Πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἀκουστέον."

„Σκυθιανός τις ἦν ἐν Αἰγύπτῳ, Σαρακηνὸς τῷ γένει, οὐδὲν κοινὸν οὐδὲ „πρὸς Ἰουδαϊσμὸν οὐδὲ πρὸς Χριστιανισμὸν κεκτημένος. Οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρειαν „οἰκήσας, καὶ τὸν Ἀριστοτελικὸν μιμησάμενος βίον, τέσσαρας βίβλους συνέταξεν, „μίαν καλουμένην τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, οὐ Χριστοῦ πράξεις περιέχουσαν, ἀλλ' „ὡς [1]) μόνην τὴν προσηγορίαν, καὶ ἄλλην καλουμένην κεφάλαιον [2]), καὶ τὴν τρί„την τῶν μυστηρίων, ἥτις ἐστὶ πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ „νόμου καὶ τῶν προφητῶν, τετάρτην, ἣν περιφέρουσι, θησαυρὸν ζωῆς καλοῦντες, „ἥπερ ἐστὶ θησαυρὸς θανάτου. Μαθητὴς δὲ ἦν τούτῳ Τερέβινθος ὀνόματι. „Ἀλλὰ τὸν προειρημένον Σκυθιανὸν, ἐλθόντα εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ λυμαινόμε- R. 22. „νον τὴν χώραν, νόσῳ θανατώσας ὁ Κύριος, ἔπαυσε τὴν λυμώδη [3]) κατάστασιν.

cf. *Photius lib. I. p.* 37—41.

a) Sequitur locus ex *Cyrilli Hieros. catech. VI.* §. 21—35. (*ed. A. A. Touttée, Paris.* 1720, *fol. p.* 100—110) exscriptus. Textum Touttaei contuli, sed insigniores tantum ejus lectiones a nostro diversas subjunxi.

1) Toutt. ἁπλῶς. 2) Toutt. κεφαλαίων. 3) Toutt. λοιμώδη.

Caeterum jam tempus est enarrationis initium facere. Exordiar autem ita, ut quae a b. Cyrillo in catechesibus dicta sunt praemittam, eaque quae a nobis probe explorata sunt subjiciam, ut commodior disquisitio evadat.

Manes, homo inauspicati nominis, non est ex Christianis, absit, neque, ut Simon magus, ex Ecclesia ejectus est, neque ipse, neque ii qui ante illum impietatis ejus magistri fuerunt: fur enim est, ex alienis haeresibus pessima sua faciens. Quo autem modo et qua ratione, jam audi.

Scythianus quidam fuit in Aegypto, genere Saracenus, nihil commune habens neque cum Judaismo neque cum Christianismo. Hic quum Alexandriae degeret, vitamque imitaretur Aristotelicam, quatuor libros composuit, unum, quem sanctum Evangelium vocavit, non res a Christo gestas continentem, sed nudum tantum nomen, alium, quem Capitulorum appellavit, tertium Mysteriorum, qui agitatae ab iis eversioni legis et Prophetarum inservit, quartum, quem circumferunt et thesaurum vitae appellant, qui est re vera thesaurus mortis. Huic discipulus erat, Terebinthus nomine. Quum vero memoratus Scythianus in Judaeam venisset, regionemque inficeret, Dominus immissa homini per morbum nece gliscentem labem compressit.

„Ὁ δὲ τῆς κακίας μαθητὴς Τερέβινθος, κληρονόμος ὢν τοῦ χρυσίου καὶ τῶν
„βιβλίων καὶ τῆς αἱρέσεως, παραγενόμενος ἐν Παλαιστίνῃ, καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ γνωρι-
„ζόμενος, καὶ παρὰ πάντων καταγινωσκόμενος, ἐκεῖθεν εἰς τὴν Περσίδα μετῆλθεν.
„Εἶτα ἵνα μὴ ἐκ τῆς προσηγορίας κἀκεῖ γνωρίζηται, Βουδδᾶν ὠνόμασεν ἑαυτόν.
„Ἀλλ' εἶχεν ἐκεῖ τοὺς ἀνταγωνιστὰς τοῦ [1]) Μίθρα, καὶ πολλῶν λόγων κινουμένων
„καὶ διαπληκτισμῶν ἠλέγχετο, καὶ πέρας ἐλαυνόμενος προσφεύγει τινὶ γυναικὶ
„χήρᾳ. Εἶτ' ἐπὶ δώματος ἀνελθὼν καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ἀερίους δαίμονας,
„οὓς Μανιχαῖοι [2]) μέχρι τῆς σήμερον ἐπὶ τῆς μυσαρᾶς αὐτῶν ἰσχάδος ἐπικαλοῦν-
„ται, θεόπληκτος γενόμενος, καὶ καταβληθεὶς ἐκ τοῦ δώματος, ἐξέψυξεν, καὶ
„οὕτως ἐξεκόπη τὸ δεύτερον θηρίον. Ἀλλ' ἔμεινε τὰ ὑπομνηματικὰ [3]) τῆς ἀσεβείας
„βιβλία· καὶ κληρονόμος ἦν ἡ χήρα καὶ τῶν βιβλίων καὶ τῶν χρημάτων. Μήτε
„δὲ συγγένειαν [4]), μήτε ἕτερόν τινα ἔχουσα, ἔκρινεν ἐκ τῶν χρημάτων ἀγοράσαι
„παῖδα, Κούβρικον [5]) λεγόμενον· καὶ τοῦτον εἰς υἱοθεσίαν λαβοῦσα, ἐπαίδευσε
„τοῖς Περσῶν μαθήμασιν ὡς οἷόν τε [6]), καὶ ὤξυνε κατὰ τῆς ἀνθρωπότητος κακὸν
„βέλος. Καὶ Κούβρικος, ὁ κακὸς οἰκέτης, μέσον [7]) φιλοσόφων ἤκμαζε, καὶ
„τελευτησάσης τῆς χήρας, ἐκληρονόμει καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ βιβλία. Εἶτα ἵνα
„μὴ τὸ τῆς δουλείας τοῦ Κουβρίκου ὄνομα ἐπονείδιστον εἴη, ἀντὶ Κουβρίκου
„Μάνην ἑαυτὸν ὠνόμασεν, ὅπερ κατὰ τὴν τῶν Περσῶν διάλεκτον τὴν ὁμιλίαν
„δηλοῖ· ἐπειδὴ γὰρ [8]) διαλεκτικός τις εἶναι ἐδόκει, Μάνην ἑαυτὸν ὀνομάζει,
„οἱονεὶ ὁμιλητήν τινα ἄριστον. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν εὐδοξίαν ἑαυτῷ κατὰ τὴν τῶν
„Περσῶν γλῶσσαν ἐπραγματεύσατο· ἡ δὲ τοῦ θεοῦ οἰκονομία καὶ ἄκοντα αὐτὸν

***Photius** lib. I. p.* **41—46.**

1) Toutt. *τοὺς τοῦ.* 2) R. *Μανιχαιῶν.* 3) Toutt. *ὑπομνηστικά.* 4) Toutt. *συγγενία.* 5) R. *βούβρικον.* 6) Toutt. *ὡς υἱόν.* 7) Toutt. *εἰς μέσον.* 8) *γὰρ*) R. *δέ.*

Terebinthus autem perversitatis discipulus, auri, librorum et haeresis heres, quum adesset in Palaestina, atque in Judaea cognitus, et ab omnibus damnatus esset, in Persidem transiit. Tunc ne ibi etiam ex nomine agnosceretur, Buddam se nominavit. Verum illic adversarios habuit Mithrae sacerdotes, multisque sermonibus et disputationibus agitatis convictus est, et ad extremum pulsus ad viduam quandam confugit. Deinde ad superiorem domus partem adscendit, et invocatis aeriis daemonibus, quos Manichaei huc usque super abominanda sua invocant ficu, divinitus ictus ac de tecto dejectus, animam efflavit, et ita altera fera excisa est. Verum remansere libri impietatem exponentes, et librorum pecuniarumque heres vidua fuit. Quae quum neque cognatum, neque alium quenquam haberet, statuit pecuniis emere puerum, Cubricum nomine: eumque adoptatum Persarum disciplinis, quantum fieri potuit, instituit, atque in hominum genus exacuit exitiale telum. Et Cubricus, improbus servus, inter philosophos adolevit, ac post obitum viduae et pecuniarum et librorum heres factus est. Deinde vero ne probrosum ipsi foret servile Cubrici nomen, pro Cubrico Manem se nominavit, quod nomen Persarum lingua concionem sonat: si quis enim dialecticus esse sibi videtur, Manem se appellat, quasi concionatorem optimum. At ille quidem existimationem sibi juxta Persarum linguam comparare nitebatur: Dei vero providentia eum invitum etiam

„ἑαυτοῦ κατήγορον ἐποίει γενέσθαι, ἵν' ἐν Περσίδι ἑαυτὸν νομίσας τιμᾷν, παρ'
„Ἕλλησι μανίας ἑαυτὸν ἐπώνυμον καταγγείλῃ. Ἐτόλμα δὲ λέγειν ἑαυτὸν εἶναι τὸν
„Παράκλητον· ἐβλασφήμησεν οὖν, Πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἰπὼν, καθὼς γέγραπται·
„„ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν“ [a])· ὡς καὶ
„οἱ πρὸ αὐτοῦ, ὁ μὲν Σκυθιανὸς ἐτόλμησε Πατέρα ἑαυτὸν ὀνομάσαι, ὁ δὲ
„Βουδδᾶς Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐκ παρθένου τε γεγεννῆσθαι, καὶ ἐν τοῖς
„ὄρεσιν ἀνατρέφεσθαι, ὅθεν καὶ δώδεκα μαθητὰς ὁ Ἀντίχριστος τῆς πλάνης R. 24.
„κήρυκας ἀπέστειλεν [1])· ὁ ἐκείνοις κοινωνῶν βλεπέτω, μετὰ τίνων ἑαυτὸν ἐντάσσει.
„Ἐσάλευσεν ὁ οἰκέτης τὴν οἰκουμένην, καὶ μέσος ἐλθὼν, λοιπὸν τὰ ὑπὲρ ἄνθρω-
„πον ἐπηγγέλλετο. Ἐνόσει τοῦ βασιλέως Περσῶν ὁ υἱὸς, καὶ ἰατρῶν δαψιλεία
„παρῆν. Ἀλλ' ὁ Μάνης ἐπηγγέλλετο ἰάσασθαι· ἀπέστησαν οἱ ἰατροὶ, συναπέστη
„τοῦ παιδὸς ἡ ζωή. Ἠλέγχθη ἡ ἀσέβεια τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δέσμιος ἦν ὁ δὴ
„φιλόσοφος, εἰς φυλακὴν [2]) οὐ διὰ τὸ περὶ ἀληθείας ἐλέγξαι τὸν βασιλέα
„βληθεὶς, οὐδὲ διὰ τὸ καταλύσαι τὰ εἴδωλα, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπαγγείλασθαι
„σῶσαι καὶ ψεύσασθαι, μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, διὰ τὸ φονεῦσαι.
„Τὸν γὰρ δυνάμενον διὰ τῆς ἰατρικῆς ἐπιμελείας σωθῆναι οὗτος, τοὺς ἰατροὺς
„ἀποστήσας, ἐφόνευσε τῇ ἀμελείᾳ θανατώσας. Ἐμοῦ δὲ λέγοντος τὰ περὶ αὐτοῦ
„πάμπολλα κακὰ, μέμνησο πρῶτον τὴν βλασφημίαν, δεύτερον τὴν δουλείαν (οὐχ
„ὅτι αἰσχύνη ἡ δουλεία, ἀλλ' ὅτι δοῦλον ὄντα ἐλευθερίᾳ ἀντιπράττεσθαι [3]) κακὸν),

Photius lib. I. p. 46—49.

1) Verba ὡς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ usque ad ἀπέστειλεν desunt in editione Cyrilli Touttaeana. 2) R. εἰς φυλακὴν κρατούμενος. Apud Touttaeum abest κρατούμενος. 3) Toutt. ἐλευθερίαν πλάττεσθαι.

a) Marc. 3, 29.

se accusantem effecit, ita ut, quum in Perside honorem sibi conciliare putaret, apud Graecos se ab insania cognominaret. Dicere autem ausus est, se ipsum esse Paracletum: blasphemavit igitur, se affirmans Spiritum sanctum, sicut scriptum est: „quisquis blasphemaverit in Spiritum sanctum, remissionem non habet“: ut etiam qui ante eum fuerunt, Scythianus se ipse Patrem nominare ausus est, Buddas autem filium Dei Patris, ex virgine progenitum, et in montibus educatum, unde etiam Antichristus duodecim discipulos erroris praecones emisit: quibuscum qui societatem init, videat, quibus se adjungat. Orbem totum concitavit servus, et in medium progressus, jam quae vires humanas excedunt pollicitus est. Aegrotabat filius regis Persarum, et medicorum adstabat frequentia. Manes autem pollicitus est, se illum sanaturum esse: discessere medici, unaque discessit puer e vita. Deprehensa est impietas hominis, atque philosophus comprehensus et custodiae traditus, in carcerem conjectus, non quia regem veritatis gratia redarguisset, neque quia idola confregisset, sed quia pollicitus sanationem mentitus erat, vel potius, si verum loqui volumus, quia caedem fecerat. Illi enim, qui medicorum ope sanari potuit, hic, dum abegit medicos, intermissa curatione necem intulit. Quum vero plurima de homine enarrem mala, memineris primum blasphemiae, secundum servitutis (non quod servitus dedecori sit, sed quod servum libertati repugnare turpe est);

„τρίτον τὸ ψεῦδος τῆς ἐπαγγελίας, τέταρτον τὸν τοῦ παιδὸς φόνον, καὶ πέμπτον
„τὴν αἰσχύνην τῆς φυλακῆς. Καὶ οὐκ ἦν αἰσχύνη τῆς φυλακῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ
„ἡ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγή· ὁ γὰρ λέγων ἑαυτὸν Παράκλητον, καὶ τῆς ἀληθείας
„ὑπέρμαχον [1], ἔφυγεν· οὐκ ἦν διάδοχος Ἰησοῦ τοῦ ἑτοίμως ἐρχομένου εἰς τὸν
„σταυρὸν, ἀλλ' οὗτος ἐναντίως φυγὰς ἦν [2]). Εἶτα ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐκέλευ-
„σεν [3]) ἀπαχθῆναι τοὺς δεσμοφύλακας· αἴτιος ὁ Μάνης δι' ὑπερηφανίαν θανά-
„του τῷ παιδὶ, καὶ αἴτιος [4]) θανάτου τοῖς δεσμοφύλαξι [5]) διὰ τὴν φυγήν. Ὁ
„οὖν θανάτου παραίτιος οὗτος ἄρα προσκυνεῖσθαι ὀφείλει, ὡς Παράκλητος [6]);
„Οὐκ ἔδει μιμήσασθαι Ἰησοῦν, καὶ εἰπεῖν· „εἰ ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπά-
„„γειν [a]);“ Οὐκ ἔδει κατ' αὐτὸν Ἰωνᾶν εἰπεῖν· „ἄρατέ με καὶ ἐμβάλετε εἰς τὴν
„„θάλασσαν, δι' ἐμὲ γὰρ ὁ κλύδων οὗτος [b]);“

„Φεύγει καὶ ἐκ τῆς φυλακῆς, καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλὰ
„ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλον δικαιοσύνης, Ἀρχέλαος Ἐπίσκοπος, καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κρι-
„τῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων
„δόξωσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι, „λέγε“, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνεντα [7]),
„„ὃ κηρύσσεις.“ Ὁ δὲ ὡς τάφον ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ τῆς βλασφη-
„μίας πρῶτον τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων ἤρχετο, φάσκων· ὅτι ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς
R. 26. „κακῶν ἐστὶν εὑρετὴς, λέγων περὶ ἑαυτοῦ· „ἐγὼ πῦρ καταναλίσκων [c]).“ Ὁ δὲ
„σοφὸς Ἀρχέλαος ἐξέλυε τὴν βλασφημίαν, εἰπών· εἰ ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κατὰ

Photius lib. I. p. 49. 50.

1) Toutt. ἀγωνιστήν. 2) Toutt. ἐναντίος ἦν, φυγάς. 3) R. ἐκάλεσεν.
4) Verba θανάτου — αἴτιος desunt apud Raderum. 5) Toutt. τῶν δεσμοφυλάκων.
6) Toutt. omisit ὡς Παράκλητος. 7) Toutt. Μάνην.

a) Joh. 18, 8. b) Jon. 1, 12. c) Deut. 4, 24.

tertium inanis et falsi promissi, quartum caedis pueri, et quintum infamiae carceris. Neque solum fuit infamia carceris, sed etiam e carcere fuga: nam qui se Paracletum et veritatis propugnatorem jactabat, aufugit: non erat successor Jesu, qui promto animo ad crucem accessit, sed iste e contrario fugax erat. Tum rex Persarum carceris custodes ad supplicium duci jussit: per jactantiam Manes puero mortis causa fuit, et causa mortis carceris custodibus per fugam. Ergone adorari debet is, qui necem intulit, ut Paracletus? Nonne ipsum oportuerat Jesum imitari et dicere: „si me quaeritis, sinite hos abire?“ Nonne oportuerat Jonae instar dicere: „tollite me et projicite in mare, propter me enim haec orta tempe-„stas est?“

Et fugit e carcere, et pervenit in Mesopotamiam: sed occurrit ei scutum justitiae, Archelaus Episcopus, eumque coram philosophis judicibus arguens, collecto gentilium auditorio, ne, si Christiani judicarent, judices gratificari sibi viderentur, „dic“, inquit Archelaus ad Manem, „quid praedices“. Ille vero, cui os erat tanquam sepulcrum patens, primum incepit a blasphemia in creatorem omnium, dicens: veteris Testamenti Deus malorum auctor est, quum de se ipse dicat: „equidem ignis consumens“. Sapiens autem Archelaus dissolvit hanc blasphemiam, dicens: „si veteris Testamenti Deus, ut ais,

„τὸν σὸν λόγον πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέγων· „πῦρ ἦλθον βαλεῖν „„ἐπὶ τὴν γῆν [a]);“ καὶ εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα· Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ [b]),“ „διὰ τί τιμᾷς Πέτρον, τὴν Ταβιθὰν μὲν ἐγείραντα, τὴν δὲ Σάπφειραν θανατώ„σαντα; Εἰ δὲ καὶ μέμφῃ, ὅτι πῦρ ἡτοίμασε [c]), διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν λέγοντα· „„πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον [d]);“ Εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα· „ἐγὼ Θεὸς „„ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακά [e])“· διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν Ἰησοῦν λέγοντα· „„οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ μάχαιραν [f]);“ Ἀμφοτέρων τὰ ἴσα „λεγόντων, δυοῖν θάτερον· ἢ ἀμφότεροι καλοὶ [1]) διὰ τὴν ὁμολεξίαν· εἰ δὲ „ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί ψέγεις [2]) τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ παλαιᾷ „λέγοντα;“

„Εἶτα ὁ Μάνης πρὸς αὐτὸν λέγει· καὶ ποῖος Θεὸς τυφλοῖ; Παῦλος γάρ „ἐστιν ὁ λέγων· „ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν „„ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ „„Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ [g]).“ Ὁ δὲ Ἀρχέλαος πάλιν, ὑποστίξας, φησὶ, προα„νάγνωθι ὃ λέγει νῦν [3])· „εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν „„τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον [h]).“ Ὁρᾷς, ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις „κεκάλυπται; οὐ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. Εἶτα μόνον ὁ τῆς παλαιᾶς „Θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων; ἢ καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς, ὁ καὶ Παῦλον „τυφλώσας, οὐκ εἴρηκε· „διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες

1) Ita etiam Touttaeus: videtur autem legendum esse *κακοί*. 2) R. *λέγεις*.
3) Toutt. *Ὁ δὲ Ἀρχέλαος καλῶς ὑποκρούσας, προανάγνωθι, φησὶν, ὀλίγον.*

a) Luc. 12, 49. b) 1 Reg. 2, 6. c) Deut. 32, 22. d) Matth. 25, 41.
e) Es. 45, 7. f) Matth. 10, 34. g) 2 Cor. 4, 4. h) 2 Cor. 4, 3.

„ignem se appellat, cujusnam filius est ille qui dicit: veni, ut ignem mittam in „terram? et si vituperas eum, qui dicit: Deus mortificat et vivificat, eccur ho„noras Petrum, qui Tabitham excitavit e morte, et Sapphiram morti dedit? Si „illum vituperas, quod ignem praeparaverit, cur etiam non eum reprehendis, qui „dicit: „discedite in ignem aeternum?“ Si vituperas eum qui ait: „ego Deus, „„faciens pacem et creans mala“: quidni Jesum etiam vituperas dicentem: „non „„veni, ut pacem mittam in terram, sed gladium?“ Quum ambo paria dicant, „e duobus alterum est statuendum: aut uterque malus propter similem loquendi „rationem: si autem Jesus reprehendi non potest propter haec, quae dixit, cur „eum accusas, qui eadem in veteri Testamento loquitur?“

Tunc Manes ei obvertit: „Et qualis Deus est, qui excaecat? Paulus enim „est, qui dicit: „in quibus Deus saeculi hujus excaecavit cogitationes infidelium, „„ut non splendeat illis illuminatio gloriosae cognitionis Evangelii Christi.“ „Archelaus vero, „quum finieris“, inquit, „lege, quae antecedunt, quid nunc dicat: „„si etiam opertum est Evangelium nostrum, inter perditos est opertum.“ Videsne, „inter perditos opertum esse? non enim oportet sancta canibus dari. Porro, veteris „Testamenti Deus tantum excaecavit cogitationes infidelium? aut Jesus etiam ipse, qui „et Paulum excaecaverat, non dixit: „propterea in parabolis ipsis loquor, quia videntes

„„οὐ βλέπουσι [a]);“ Μὴ μισῶν αὐτοὺς ἐβούλετο μὴ βλέπειν; ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον,
„ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; Ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος πονηρία,
„ἐκεῖ καὶ ἀποχὴ τῆς φωτιζούσης χάριτος. „Τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται, ἀπὸ δὲ
„„τοῦ μὴ ἔχοντος καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ [b]).“ Εἰ δὲ καὶ δι-
„καίως τινὲς ἐξηγοῦνται, ἔστι καὶ οὕτως εἰπεῖν, οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα· εἰ καὶ
„ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ὡς καὶ Παύλου τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Χριστὸς,
„ἐπὶ καλῷ [1]) ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια βλέψωσιν. Οὐ γὰρ εἶπεν· ἐτύφλωσεν
„αὐτῶν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. Τὸ δὲ λεγόμενον τοιοῦτόν
„ἐστι· τύφλωσον τοῦ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος·
„τύφλωσον τοῦ λῃστοῦ τὸ λῃστρικὸν καὶ ἁρπακτικὸν νόημα, καὶ σέσωσται ὁ ἄν-
R. 28. *„θρωπος. Ἀλλ᾽ οὐ θέλεις οὕτως νοῆσαι; ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις. Τυφλοῖ καὶ*
„ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας, καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται βλαπτόμενοι ἐκ
„τοῦ φωτός· οὐχ ὅτι τυφλωτικὸς ὁ ἥλιος, ἀλλ᾽ ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων
„σαθρά ἐστιν. Οὕτως καὶ οἱ ἄπιστοι νοσοῦντες τὰς ψυχὰς ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεό-
„τητος ἀκτίσιν οὐ δύνανται. Καὶ οὐκ εἶπεν· „ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὰ νοήματα,
„„εἰς τὸ μὴ ἀκοῦσαι [2]) τὸ Εὐαγγέλιον,“ ἀλλ᾽· „εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν
„„τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ.“ Τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ Εὐαγγελίου
„πᾶσιν ἐφίεται, ἡ δὲ δόξα τοῦ Εὐαγγελίου Χριστοῦ γνησίοις δούλοις ἀφώρισται.
„Ἔλεγεν οὖν ὁ Κύριος τοῖς μὴ ἀκοῦσαι δυναμένοις ἐν παραβολαῖς, τοῖς δὲ μαθη-
„ταῖς ἐπέλυε κατ᾽ ἰδίαν τὰς παραβολάς· ὁ αὐγασμὸς τῆς δόξης τοῖς πεφωτισμέ-
„νοις, ἡ δὲ τύφλωσις τοῖς ἀπιστοῦσι.“

1) R. addit γάρ. 2) R. αὐγάσαι.

a) Matth. 13, 13. b) Matth. 25, 29.

„non vident?“ Numquid ex odio volebat ut non viderent? an potius propter eo-„rum indignitatem, quandoquidem oculos ipsi suos occluserant? Ubi enim volun-„taria pravitas, ibi etiam subductio illuminantis gratiae. „Habenti enim dabitur, „„ab eo autem, qui non habet, auferetur etiam quod habere sibi videtur“.“ Si autem nonnulli recte interpretantur, licet etiam ita dicere, non inepta enim est oratio: quamvis infidelium cogitationes excaecaverit, ut Pauli etiam oculos Christus, in bonum excaecavit, ut ad sancta respicerent. Non enim dixit: „excaecavit eorum „animam“, sed „infidelium cogitationes.“ Quod dictum ejusmodi est: excaeca scortatoris scortandi cogitationes, et servatus est homo: excaeca furis rapiendi et latrocinandi animum, et servatus est homo. Verum ita non vis intelligere? Est etiam alia interpretatio. Excaecat etiam sol habentes obtusam oculorum aciem, et ii, qui oculorum imbecillitate laborant, vi luminis offenduntur et excaecantur: non quod sua natura sol inferat caecitatem, sed quod oculorum substantia vitiosa est. Ita etiam infideles, cum aegro sint animo, in divinitatis radios inspicere non possunt. Neque dixit: „excaecavit eorum cogitationes, ut ne audiant Evan-„gelium“, sed: „ut non splendeat illis illuminatio gloriae Evangelii Christi.“ Nam Evangelium audire omnibus permittitur, Evangelii vero gloria germanis Christi servis reservata est. Loquebatur igitur Dominus iis, qui audire non pote-rant, in parabolis, discipulis vero privatim parabolas exposuit: gloriae enim fulgor illuminatorum est, excaecatio infidelium.

„Ταῦτα τὰ μυστήρια νῦν ἡ Ἐκκλησία διηγεῖταί σοι, τῷ ἐκ κατηχουμένων
„μεταβαλλομένῳ· οὐκ ἔστι γὰρ ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι ταῦτα· οὐ γὰρ ἐθνικοῖς
„τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια, οὐδὲ
„περὶ μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν, ἀλλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικε-
„καλυμμένως, ἵνα οἱ γινώσκοντες πιστοὶ νοήσωσι, καὶ οἱ μὴ εἰδότες μὴ βλαβῶσι.“
„Τούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀνετρέπετο ὁ δράκων· τοιαύταις συμπλοκαῖς
„κατεπάλαιεν τὸν Μάνην ὁ Ἀρχέλαος. Φεύγει πάλιν καὶ ἐντεῦθεν ὁ ἐκ τῆς φυλακῆς
„φυγὼν, καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν διαδρὰς 1) *ἔρχεται εἰς κώμην εὐτελεστάτην, κατὰ*
„τὸν ὄφιν τὸν ἐν παραδείσῳ καταλιπόντα τὸν Ἀδὰμ, καὶ τῇ Εὔᾳ προσελθόντα.
„Ἀλλ᾽ ὁ καλὸς ποιμὴν Ἀρχέλαος, τῶν προβάτων προνοούμενος, ἀκούσας τὴν
*„φυγὴν, εὐθέως δρομαίως.*2) *ἐπὶ τὴν τοῦ λύκου ἐπείγετο ζήτησιν. Μάνης δὲ*
„ἰδὼν τὸν ἀντίδικον, ἐξαίφνης 3) *ἐξεπήδησε καὶ ἔφυγεν· ἔφυγε δὲ τὴν τελευταίαν*
„φυγήν. Οἱ γὰρ τοῦ Περσῶν βασιλέως ὑπασπισταὶ πανταχοῦ διερευνώμενοι, κα-
„ταλαμβάνουσι τὸν φυγάδα· καὶ ἣν ὤφειλεν ἐπὶ τοῦ Ἀρχελάου λαβεῖν ἀπόφασιν,
„ταύτην ἐπιφέρουσιν αὐτῷ οἱ 4) *τοῦ βασιλέως ὑπηρέται. Συλλαμβάνεται ὁ Μάνης,*
„ὃν προσκυνοῦσιν οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ὡς Παράκλητον 5), *καὶ ἄγεται πρὸς τὸν*
„βασιλέα. Ὠνείδισεν ὁ βασιλεὺς αὐτοῦ 6) *τὸ ψεῦδος καὶ τὴν φυγὴν, ἐχλεύασε*
„καὶ τὴν δουλείαν· ἐξεδίκησε τοῦ παιδὸς τὸν φόνον, καὶ κατέκρινε καὶ διὰ τοῦτο
„καὶ διὰ τὸν τῶν δεσμοφυλάκων φόνον, ἐκδαρῆναι τὸν Μάνην Περσικῷ νόμῳ προσ-
„τάξας· καὶ τὸ μὲν λοιπὸν σῶμα θηρίοις παρεδόθη βορὰ 7), *τὸ δὲ τῆς κακίστης* R. 30.

Photius lib. I. p. 50—52.

1) Toutt. *διαδράσας*. 2) R. *δρομέως* Toutt. *δρομαῖος*. 3) R. *ἐξέφνης*. 4) R. *καὶ*.
5) ap. Toutt. abest *ὡς Παράκλητον*. 6) Toutt. *αὐτῷ ὁ βασιλεὺς*. 7) Toutt. *βορᾷ*.

Haec mysteria nunc Ecclesia tibi exponit, quum in eo sis, ut ex catechumenorum numero egrediaris: non enim mos est gentilibus ea exponere: neque gentilibus de Patre, et Filio et Spiritu sancto mysteria exponimus, neque de mysteriis coram catechumenis clare loquimur, sed saepe dicimus tecte, ut qui norunt fideles intelligant, qui vero nesciunt, non laedantur.

His et aliis pluribus evertebatur draco: talibus conflictationibus Archelaus Manem prostravit. Ex eo etiam loco iterum fugit qui et ex carcere fugerat, elapsusque adversario, venit ad vilissimum quendam pagum, ad instar serpentis, qui in paradiso Adamum reliquit, et ad Evam accessit. Sed bonus pastor Archelaus, ovibus prospiciens, audita fuga, statim citato cursu ad lupum investigandum festinavit. Manes vero adversario conspecto confestim evasit et aufugit: haec autem postrema illius fuga fuit. Nam Persarum regis satellites omnibus locis perquirentes comprehendunt fugitivum: quamque debebat coram Archelao accipere sententiam, hanc ipsi inferunt regis satellites. Comprehenditur Manes, quem sui adorant discipuli ut Paracletum, et ad regem ducitur. Exprobravit ipsi rex mendacium et fugam, irrisit et servitutem: ultus est pueri necem, damnavit eum et de illo crimine et de carceris custodum nece, et Mani cutem detrahi Persico more jussit: et reliquum quidem corpus feris pastui traditum est, cutis autem,

„γνώμης δοχεῖον, τὸ δέρμα, θυλάκου [1]) δίκην πρὸ τῶν πυλῶν ἀνηρτήθη. Ὁ „Παράκλητον ἑαυτὸν λέγων, καὶ τὰ μέλλοντα εἰδέναι ἐπαγγελλόμενος τὴν ἰδίαν „φυγὴν καὶ τὴν κατάληψιν οὐκ ἔγνω!"

[2]) *Ἦν δὲ πρὸ τούτου καὶ ἕτερος τῆς κακίας διδάσκαλος ταύτης, Ζαράνης ὀνόματι, ὁμόφρων αὐτοῦ ὑπάρχων. Μαθηταὶ δὲ τούτου τοῦ Ἀντιχρίστου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα, Σισίνιος [3]) ὁ τούτου διάδοχος, καὶ Θωμᾶς ὁ τὸ κατ' αὐτὸν Μανιχαϊκὸν Εὐαγγέλιον συντάξας, Βουδδᾶς [4]) τε καὶ Ἑρμᾶς, Ἄδαντος, καὶ Ἀδήμαντος [5]), ὃν ἀπέστειλεν εἰς διάφορα κλίματα, κήρυκα τῆς πλάνης· ἐξηγηταὶ δὲ αὐτῷ καὶ ὑπομνηματισταὶ γεγόνασιν Ἱέραξ, καὶ Ἡρακλείδης, καὶ Ἀφθόνιος [6])· ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεροι μαθηταὶ τρεῖς, Ἀγάπιος, ὁ τὴν ἑπτάλογον συντάξας, καὶ Ζαρούας, καὶ Γαβριάβιος [7]).*

„Μηδεὶς ἀναγινωσκέτω τὸ κατὰ Θωμᾶν Εὐαγγέλιον· οὐ γάρ ἐστιν ἑνὸς τῶν „δώδεκα Ἀποστόλων, ἀλλ' ἑνὸς τῶν δώδεκα κακῶν τοῦ Ἀντιχρίστου Μάνεντος „μαθητῶν [8])"· μήτε τὴν ἑπτάλογον Ἀγαπίου, μήτε τὴν τῶν ἐπιστολῶν ὁμάδα, μήτε τὴν πᾶσαν παρὰ τούτων τῶν ἀσεβῶν ἐκτεθεῖσαν βίβλον ἀναγινωσκέτω εἰς λύμην πολλῶν, καὶ τῆς οἰκείας ψυχῆς ἀπώλειαν. Πᾶσαν γὰρ αὐτῶν βίβλον ὡς ἀσεβῆ διδάγματα κατέχουσαν καὶ βλασφημίας πάσης πεπληρωμένην, καὶ πᾶσαν εὐχὴν λεγομένην παρ' αὐτῶν, μᾶλλον δὲ γοητείαν, ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία καθολικὴ

Photius lib. I. p. 52—55.

1) R. *θηλάκου.* 2) Pro iis quae sequuntur *Ἦν δὲ — καὶ Γαβριάβιος* Cyrillus nonnisi haec habet: *Τούτου μαθηταὶ τρεῖς γεγόνασι, Θωμᾶς, καὶ Βουδδᾶς, καὶ Ἑρμᾶς.* Petrus illa ex *Photii lib. I. contra Man.* (*Wolfii anecdota I*, 53) exscripsit, quum de Manis discipulis accuratius ibi exponi vidisset: usus autem est Photii libro, ut solet, non verbis presse inhaerens. 3) Photius *Σισίννιος.* 4) Phot. *Βούδας.* 5) Phot. *Ἀδάμαντος, καὶ Ἀδείμαντος.* Formula recept. Manich. in *Tollii insign. itin. Ital. p.* 144 *Ἄδας, Ἀδείμαντος.* 6) R. *Ἀθόνιος.* 7) Phot. *Γαυριάβιος.* 8) Verba *Μηδεὶς — μαθητῶν* e Cyrillo sunt desumta, sequentia a Petro addita.

pessimae mentis receptaculum, utris instar pro foribus suspensa. Qui se Paracletum dicebat, et futura se scire profitebatur, suam ipsius fugam et comprehensionem nescivit!

Fuit autem ante hunc et alius hujus impietatis doctor, Zaranes nomine, ejusdem cum illo mentis. Discipuli vero hujus Antichristi, Manis, fuerunt duodecim, Sisinius, qui Mani successit, et Thomas, qui Manichaicum Evangelium ipsius nomine appellatum conscripsit, et Buddas et Hermas, Adantus et Adamantus, quem in diversas regiones misit, praeconem erroris: interpretes autem et memorabilium scriptores ei fuerunt Hierax, et Heraclides, et Aphthonius: fuerunt autem ei et alii tres discipuli, Agapius, qui heptalogum composuit, et Zaruas, et Gabriabius.

Nemo legat Evangelium secundum Thomam; non enim est unius e duodecim Apostolis, sed unius e duodecim pravis Manis discipulis: **neque heptalogum Agapii, neque epistolarum farraginem, neque quemcunque librum legat, ab his impiis editum in perniciem multorum, et in proprii animi interitum. Quemcunque enim eorum librum, ceu impias doctrinas continentem et omni blasphemia refertum, et quamcunque eorum precationem ab illis dici solitam, imo incantationem, nostra sancta catholica**

καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ἀνεθεμάτισε, μετὰ καὶ τοὺς ἐκθεμένους αὐτὰς ὡς πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἐφευρετὰς καὶ ὁδηγοὺς ἀπωλείας. Ἀνεθεμάτισε δὲ καὶ πάντας τοὺς μαθητευομένους ὑπ' αὐτῶν.

[a]) *„Διὸ μηδεὶς προσφθειρέσθω* 1) *τοῖς ψυχοφθόροις Μανιχαίοις, τοῖς „στυγνὸν τῆς νηστείας ἀχύρων ὕδασι προσποιουμένοις, τοῖς διαβάλλουσι μὲν τὸν „τῶν βρωμάτων ποιητὴν, τὰ κάλλιστα δὲ τῶν βρωμάτων* 2) *λαιμαργοῦσι, τοῖς δι„δάσκουσιν, ὅτι ὁ τήνδε τὴν βοτάνην ἐκτίλλων εἰς αὐτὴν μεταβάλλεται. Εἰ γὰρ ὁ „ἐκτέμνων βοτάνην ἤ τι τῶν λαχάνων εἰς αὐτὸ μεταβάλλεται, γεωργοὶ καὶ κηπου„ρῶν παῖδες εἰς πόσα μεταβληθήσονται; Κατὰ τοσούτων ὁ κηπουρὸς ἤνεγκε τὴν „δρεπάνην, ὡς ὁρῶμεν· καὶ εἰς ποῖα μεταβάλλεται ἄρα; Γέλωτος ἀληθῶς ταῦτα „τὰ διδάγματα, καὶ καταγνώσεως πλήρη, καὶ πάσης αἰσχύνης. Ὁ αὐτὸς ἀνὴρ, „ποιμὴν ὢν προβάτων, καὶ πρόβατον ἔθυσε, καὶ λύκον ἀπέκτεινεν· εἰς ποῖον „ἄρα μεταβάλλεται; Ἀργίας ἔγγονα* 3) *Μανιχαῖοι οἱ μὴ ἐργαζόμενοι, καὶ τὰ τῶν „ἐργαζομένων κατεσθίοντες, οἱ τοὺς προσφέροντας αὐτοῖς τὰ βρώματα μειδιῶσι* R. 32.
„προσώποις δεχόμενοι, καὶ ἀντὶ εὐλογίας κατάρας αὐτοῖς ἀντιδιδόντες. Ὅταν γὰρ „τις αὐτοῖς τι προσενέγκῃ ἀνόητος· μικρὸν ἔξω, φησὶ, στῆθι, καὶ εὐλογήσω σε 4). *„Εἶτα δεξάμενος εἰς χεῖρας τὸν ἄρτον (ὡς οἱ ἐξ αὐτῶν μετανοήσαντες ἐξωμολογή„σαντο), ἐγώ σε οὐκ ἐποίησα, φησὶν ὁ Μανιχαῖος τῷ ἄρτῳ, καὶ κατάρας πέμπει „εἰς τὸν μόνον Θεὸν τὸν ὕψιστον, καὶ καταρᾶται τὸν πεποιηκότα αὐτὸν, καὶ*

1) Toutt. *προσφερίσθω.* 2) *Ὁμοιοτέλευτον* effecit, ut apud Raderum verba *ποιητὴν — βρωμάτων* exciderent. 3) Toutt. *Ἀποκρινέσθωσαν οἱ τῆς ἀργίας ἔκγονοι.* 4) R. *μικρὸν ἔξω στῆθι καὶ εὐλογῶ σε.*

a) Seqüentia iterum ex Cyrillo sunt depromta (ed. Toutt. p. 108 s.)

et apostolica Ecclesia anathemate feriit post earum auctores, tanquam multorum et ingentium malorum inventores et exitii duces. Anathemate autem feriit omnes etiam eorum discipulos.

Propterea nemo accedat ad Manichaeos, animorum corruptores, qui aqua furfurea adhibita jejunii austeritatem simulant, qui ciborum conditorem calumniantur, lautissimos autem cibos devorant: qui docent, eum, qui hanc vel illam herbam evellat, in eam transmutari. Nam si is, qui herbam exscindit aut aliquid oleris, in illud transformatur, agricolae et olitores in quot mutabuntur formas? In tot herbarum genera falcem intulit olitor, ut videmus, in quidnam ergo convertitur? Ridiculae certe hae doctrinae, vituperii plenae et cujusvis opprobrii! Idem homo, si opilio est, et ovem mactavit et lupum interfecit: in utrum demum commutatur? Desidiae filii sunt Manichaei, qui nihil laborant, et laborantium opes comedunt, qui afferentes sibi cibaria ridenti vultu excipiunt, et faustarum precationum loco imprecationes iis rependunt. Quum enim stolidus quispiam eis obtulerit aliquid; paululum, inquiunt, foris consiste, et tibi benedicam. Deinde sumto in manus pane (ut qui ex eis resipuere, confessi sunt), equidem te non feci, dicit Manichaeus pani, itaque maledictionem emittit in solum Deum altissimum, et exsecratur eum, qui panem fecit,

„οὕτως ἐσθίει τὸ πεποιημένον. Εἰ μισεῖς τὰς τροφὰς, τί μειδιῶν τῷ προσώπῳ „ἀπέβλεψας [1]) τῷ προσενέγκαντι; Εἰ τῷ ἐνέγκαντι ἔχεις χάριν, διὰ τί πέμπεις „τῷ κατασκευάσαντι καὶ δημιουργήσαντι Θεῷ τὴν βλασφημίαν; Καὶ πάλιν, ἐγώ „σε οὐκ ἔσπειρα, φησὶ, σπαρείη ὁ σπείρας σε! ἐγώ σε οὐκ ἐθέρισα δρεπάναις, „θερισθείη ὁ θερίσας σε! ἐγώ σε πυρὶ οὐκ ὤπτησα, ὀπτηθείη ὁ ὀπτήσας σε! „Καλὰ τὰ ἀμοιβαῖα τῆς χάριτος!"

„Μεγάλα μὲν κακὰ καὶ ταῦτα, ἀλλ᾽ ἔτι μικρὰ πρὸς τὰ ἄλλα. Οὐ τολμῶ „ἐπ᾽ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν τὸ λουτρὸν αὐτῶν διηγήσασθαι· οὐ τολμῶ εἰπεῖν, τίνι „ἐμβάπτοντες τὴν ἰσχάδα τοῖς ἀθλίοις διδόασι· διὰ συσσήμων μόνον δηλούσθω. „Ἄνδρες γὰρ τὰ ἐν τοῖς ἐνυπνιασμοῖς ἐνθυμείσθωσαν, καὶ γυναῖκες τὰ ἐν ἀφέδροις· „μιαίνομεν ὡς ἀληθῶς τὸ στόμα ταῦτα λέγοντες. Μὴ Ἕλληνες τούτων μυσαρώ- „τεροι; μὴ Ἰουδαῖοι τούτων ἀσεβέστεροι; μὴ πορνεύοντες τούτων ἀκαθαρτότεροι; „Ὁ μὲν γὰρ πορνεύσας μίαν ὥραν δι᾽ ἐπιθυμίαν τελεῖ τὴν πρᾶξιν· καταγινώσκων „δὲ τῆς πράξεως, ὡς μιανθεὶς οἶδε λουτροῦ ἐπιδεόμενος, καὶ γινώσκει τῆς πράξεως „τὸ μυσαρόν. Ὁ δὲ Μανιχαῖος θυσιαστηρίου μέσον, ὡς νομίζει, ταῦτα τίθησι, „καὶ μιαίνει καὶ τὴν γλῶσσαν καὶ τὸ στόμα. Παρὰ τοιούτου στόματος, λέγε „μοι, δέχῃ διδασκαλίαν; Τοῦτον δὲ ὅλως ἀπαντήσας ἀσπάζῃ ἐν φιλήματι; Ἆρα „χωρὶς τῆς λοιπῆς ἀσεβείας οὐ φεύγεις τοὺς μεμολυσμένους, καὶ πάντων ἀκολάστων „χείρονας [2]), τοὺς πάσης προεστώσης μυσαροτέρους;"

„Παραγγέλλει ταῦτα λοιπὸν ἡ Ἐκκλησία, καὶ διδάσκει, καὶ ἅπτεται βορβόρων, „ἵνα σὺ μὴ βορβορωθῇς· λέγει τὰ τραύματα, ἵνα σὺ μὴ τραυματισθῇς· ἀρκεῖ δέ σοι

1) Toutt. ἐνέβλεψας. 2) Toutt. τὸ μεμολυσμένον, καὶ τοὺς ἀκολάστων χείρονας.

et ita vescitur facto. Si alimenta odisti, quare ridente vultu intuitus es eum, qui tibi attulit? Si illi, qui attulerit, habes gratiam, quare in auctorem et conditorem Deum maledica verba emittis? Iterumque ait: ego te non sevi, seratur qui te severit! ego te non messui falce, metatur qui te messuerit! ego te igne non coxi, coquatur qui te coxerit! Praeclara est beneficii remuneratio!

Valde quidem perniciosa et haec sunt, sed exigua tantum, si cum aliis comparentur. Non audeo coram viris et mulieribus lavacrum ipsorum enarrare: non audeo dicere, quanam in re intingant caricam, quam miseris porrigunt: signis duntaxat delegatur. Viri enim quae in somniis accidant, cogitent, et mulieres, quae in menstruis: os revera polluimus ista dicentes. Numquid gentiles illis sordidiores? num Judaei magis impii? num scortatores immundiores? Qui enim scortatur, per unam horam libidine actus facinus committit: condemnat autem istud, se ut inquinatum balneo egere novit, atque commissi foeditatem intelligit. Manichaeus vero medio in altari, ut opinatur, ista imponit, atque commaculat et linguam et os. Ab ejuscemodi ore, dic mihi, doctrinam recipias? Huic obviam factus omnino osculum porrigas? Nonne omissa reliqua impietate fugias inquinatos, omnibus effrenatis pejores, et quovis prostibulo sordidiores.

Caeterum haec Ecclesia et docet, et coenum attingit, ne tu illo inquineris: edicit vulnera, ne tu vulnereris: sufficit tibi illa

„τὸ εἰδέναι μόνον, τὸ δὲ πεῖραν λαβεῖν [1]) ἀπέχου. Βροντᾷ Θεὸς, καὶ πάντες
„τρέμομεν, κἀκεῖνοι βλασφημοῦσι· ἀστράπτει Θεὸς, καὶ πάντες εἰς γῆν ἐπι-
„κλινόμεθα, κἀκεῖνοι περὶ οὐρανῶν [2]) τὰς δυσφήμους ἔχουσι γλώσσας. Ἰησοῦς,
„ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν, λέγει περὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ
„ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους [a])· R. 34.
„κἀκεῖνοι λέγουσιν, ὅτι οἱ ὑετοὶ [3]) ἐξ ἐρωτικῆς μανίας γίνονται, καὶ τολμῶσι
„λέγειν, ὅτι ἐστί τις παρθένος ἐν οὐρανῷ εὐειδὴς μετὰ νεανίσκου εὐειδοῦς, καὶ
„κατὰ τὸν τῶν καμήλων ἢ λύκων καιρὸν τοὺς τῆς αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας καιροὺς
„ἔχειν, καὶ κατὰ τὸν τοῦ χειμῶνος καιρὸν μανιωδῶς αὐτὸν ἐπιτρέχειν τῇ παρθένῳ,
„καὶ τὴν μὲν φεύγειν, τὸν δὲ ἐπιτρέχειν, εἶτα ἐπιτρέχοντα ἱδροῦν, ἀπὸ δὲ τῶν
„ἱδρώτων αὐτοῦ εἶναι τὸν ὑετόν. Ταῦτα γέγραπται ἐν ταῖς τῶν Μανιχαίων βί-
„βλοις, ταῦτα ἡμεῖς ἀνέγνωμεν ἀπιστοῦντες τοῖς λεγομένοις· ὑπὲρ γὰρ τῆς ὑμε-
„τέρας ἀσφαλείας τὴν ἐκείνων ἀπώλειαν ἐπολυπραγμονήσαμεν. Ἀλλὰ ῥύσαιτο ἡμᾶς
„ὁ Κύριος ἐκ τῆς τοιαύτης πλάνης!“

Καὶ Σωκράτης δὲ ὁ σχολαστικὸς, ὁ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συγγραψάμενος, τὰ περὶ Σκυθιανοῦ καὶ Τερεβίνθου, τοῦ μετονομασθέντος Βουδδᾶ, καὶ Μάνεντος ἐν ἐπιτόμῳ [4]) διεξερχόμενος, πάνυ συμφωνεῖ τῷ μεγάλῳ πατρὶ ἡμῶν Κυρίλλῳ [b])· ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ ἱερὰ καὶ θεία γραφὴ τὴν αὐτῶν αἵρεσιν σφοδρῶς ἐξελέγχει. Ὅθεν οἱ μετέπειτα τούτων γεγονότες διάδοχοι, μὴ φέροντες τοὺς ἐλέγχους, τήν τε κακίαν ἅμα καλύψαι σπεύδοντες, μηχανῶνται κακότεχνον

1) Toutt. πεῖρα παραλαβεῖν. 2) R. οὐρανόν. 3) Apud Raderum deest οἱ ὑετοί. 4) τὸ ἐπίτομον serioris graecitatis est pro ἡ ἐπιτομή.

a) Matth. 5, 45. b) cf. *Socratis hist. eccl. I*, 22.

tantummodo scire, cave autem experiaris. Tonat Deus, et contremiscimus omnes, isti autem blasphemant: fulgurat Deus, omnesque in terram procumbimus, isti autem de caelis maledica verba jactant. Jesus, dominus et Deus noster, dicit de patre suo: „solem suum exoriri facit super malos et bonos, et pluit super justos „et injustos“: et illi dicunt, imbres ex amatorio aestu oriri, audentque dicere, esse quandam in caelo formosam virginem cum juvene formoso, eosque tempore camelorum aut luporum sua foedae libidinis tempora habere, itaque hiberno tempore hunc insano furore in virginem incurrere, illam quidem fugere, istum vero persequi, tunc persequentem sudare, ex illius autem sudoribus imbrem exsistere. Haec scripta sunt in Manichaeorum libris, haec ipsi legimus, quum iis quae narrabantur fidem non adhiberemus: nam securitatis vestrae causa in illorum perniciem sollicitius inquisivimus. Verum defendat nos Dominus abs tali errore!

Socrates quoque scholasticus, qui historiam ecclesiasticam conscripsit, dum Scythiani et Terebinthi, qui nomine mutato postea Buddas appellatus est, et Manis res compendio enarrat, admodum consentit cum magno patre nostro Cyrillo: immo et tota scriptura sancta et divina eorum haeresin vehementer coarguit. Quamobrem postea eorum sectatores, quum reprehensiones sustinere non possint, impietatemque simul velare studeant, machinantur fraudulentam

μέθοδον, καὶ τὰς μνημονευθείσας ἀθέους Μανιχαϊκὰς βίβλους ἀποῤῥίπτονται, τὸν ἐν αὐταῖς δὲ σκοπὸν καὶ νόμον [1]) ἀλλήλους κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν ἐκ παραδόσεως διδάσκουσι. Δογματίζουσι δὲ καὶ τοῦτο, μὴ ἐξεῖναι ἑτέρας βίβλους τὸ παράπαν ἀναγινώσκειν πλὴν μόνου τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῆς ἱερᾶς βίβλου τοῦ Ἀποστόλου. Ποιοῦσι δὲ τοῦτο διὰ τοιαύτας αἰτίας, ὅπως τῇ ἀπουσίᾳ τῶν Μανιχαϊκῶν βίβλων καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ὄντων παλαιῶν βιβλίων, τῇ ἐπισύχνῳ [2]) δὲ ἀναγνώσει τῶν Εὐαγγελίων καὶ τῆς Ἀποστολικῆς βίβλου εὐλογοφανεῖς ἀφορμὰς ἔχωσι κατηγορεῖν τῆς ἀληθείας, καὶ ἐξαπατᾷν τοὺς ἀμαθεῖς καὶ ἰδιώτας, ὅτι ἀπὸ Χριστοῦ τὴν τοιαύτην κατεβδελυγμένην αἵρεσιν παρέλαβον, καὶ ἐκ διδασκαλίας τοῦ κήρυκος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, Παύλου τοῦ Ἀποστόλου. Τῷ δὲ εὐωδεστάτῳ Χριστοῦ καὶ τιμίῳ ὀνόματι τὴν ἐν κακοῖς ἐξαίρετον ἀπάτην, ὡς ἐν κωδίῳ προβάτου λύκον, περικαλύψαι σπουδάζουσι. Ταύτας γὰρ τὰς βίβλους μόνας ἀναγινώσκοντες, τὴν ἑρμηνείαν πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα διαστρέψαι δύνανται· τὰς δὲ λοιπὰς θείας γραφὰς
R. 36 *οὐδαμῶς. Ὅθεν τῆς μὲν παλαιᾶς τὰς βίβλους ἀποβάλλονται, ὡς ἔφην, διὰ τοὺς ἐλέγχους, τὰς δὲ τῶν θεοφόρων πατρῶν ἡμῶν, ὅπως μὴ δι' αὐτῶν θριαμβευθῇ ἡ ἀρχὴ τῆς κακίας αὐτῶν· καὶ πάντες αὐτοὺς ὡς ἐκ πυρὸς ἀποφύγωσιν. Ἡμεῖς δὲ ἐπιπλέον ταύτην θριαμβεῦσαι σπουδάζοντες, καὶ ἐξ ἑτέρας βίβλου μαρτυρίαν πρὸς περισσοτέραν τῶν ἐντυγχανόντων πίστωσιν ἐνταῦθα παραθησόμεθα. Ὁ γὰρ μέγας πατὴρ ἡμῶν καὶ θαυματουργὸς, Ἐπιφάνιος τῆς Κύπρου, περὶ τῆς ἐλέγξεως Μάνεντος, καὶ τοῦ ἐκ δικαιοκρισίας Θεοῦ ὑπὸ τοῦ βασιλέως Περσῶν*

Photius lib. I. p. 56. 57. 63. 64.

1) *νόμον* ex conjectura posui pro eo, quod apud Raderum est, *μόνον*. 2) R. *ἐπὶ συχνῷ*.

artem, et memoratos impios Manichaeorum libros abjiciunt, rationem autem eorum et legem inter se per aetates traditione propagant. Praecipiunt etiam hoc, non licere alios quoscunque libros legere praeter solum Evangelium et sanctum librum Apostoli. Faciunt hoc autem propterea, ut Manichaeorum libris et quod penes nos est vetere Testamento remotis, frequenti Evangelii et Apostolici libri lectione occasiones habeant speciosas accusandae veritatis, rudioresque et illiteratos circumveniendi, quasi a Christo hanc detestandam haeresin acceperint, et ex disciplina Pauli Apostoli, praeconis rectae fidei. Nomine autem Christi suavissime olente et carissimo eximiam inter pravos fraudem, ut ovina pelle lupum, tegere student. Quum enim hos libros solos legant, interpretationem ad suum arbitrium pervertere possunt: reliquas vero divinas scripturas nequaquam. Quam ob rem veteris Testamenti libros rejiciunt, ut dixi, ne redarguantur, patrum autem Deum colentium, ne per illos impietatis suae principium triumphetur: atque omnes ab illis tanquam ab igne fugiant. Nos autem quum illud triumphare magis etiam conemur, ex alio quoque libro testimonium ad majorem lectoribus fidem faciendam hic adjiciemus. Magnus enim pater noster et miraculorum patrator Epiphanius, Episcopus Cypri, in Manis refutatione quum mortis mentionem faciat, quae ex justo Dei judicio a rege Persarum

ἀπενεχθέντος αὐτῷ θανάτου ἐπιμνησθεὶς, τάδε φησίν [a]· „*Ἐν τῷ ἐννάτῳ ἔτει „τῆς βασιλείας Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλιήνου* [1]), *τῶν βασιλέων Ῥώμης, ἀνέβη Μάνης „ἀπὸ Περσίδος“, τῆς φυλακῆς ἐκφυγὼν, διὰ τὸ θανατῶσαι τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως Περσῶν· „ὅτε καὶ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν Ἐπίσκοπον Καρχάρων* [2]) *τῆς Μεσοποταμίας „συζητήσας, καὶ* [3]) *τὸ ἧττον ἀπενεγκάμενος, λεληθότως ἀπέδρα· καὶ εἰσελθὼν εἰς „Διοδωρίδα, κώμην τῆς Καρχάρων περιοικίδος, καὶ συζητήσας* [4]) *Τρύφωνι τινὶ, „τῷ ἁγιωτάτῳ Πρεσβυτέρῳ, τελείως* [5]) *παρ᾽ αὐτοῦ κατησχύνθη.“ Ἀκούσας δὲ Ἀρχέλαος, ὅτι οὗτος ἐκεῖνος ἔφθασε πρὸς Τρύφωνα, καὶ διάλεξιν πρὸς αὐτὸν ποιεῖται, ἐπικαταλαμβάνει δρομαίως* [6]) *καὶ αὐτὸς, καὶ πρὸς τὸν Μάνην συζήτησιν αὖθις ποιήσας, τελείως αὐτὸν κατήσχυνε· „καὶ ἔμελλεν εὐθὺς ὑπὸ τοῦ λαοῦ „θανατοῦσθαι· λυτρωθεὶς* [7]) *δὲ ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου Ἀρχελάου, ἀνέκαμψεν εἰς „τὴν Περσίδα. Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς Περσῶν, ἐκέλευσεν ὡς θύλακον αὐτὸν „ἐκδαρῆναι· καὶ οὕτως τὸ τέλος τοῦ βίου αὐτοῦ ὁ Μάνης κατέστρεψε.“*

Τινὲς δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἔφθασαν μέχρι Σαμωσάτου τῆς Ἀρμενίας, καὶ τὸ ζιζάνιον τοῦ πονηροῦ ἐν αὐτῷ κατασπείραντες, πολλοὺς τῶν ἐκεῖσε Ἀρμενίων ἠπάτησαν. Μετὰ δὲ χρόνους τινὰς τῆς κακίστης σπορᾶς ἡ ῥίζα βλαστήσασα καρποῦ θανασίμου τοῖς πολλοῖς μετέδωκε, φθάσασα καὶ μέχρι Φαναροίας [8]). *Γυνὴ γάρ τις ἐκ τοῦ Σαμωσάτου, Καλλινίκη τοὔνομα, δύο υἱοὺς ἔσχε, Παῦλον*

1) R. *Γαλλίνου*. 2) Epiph. *Κασχάρων*. 3) *καὶ* ex Epiphanio addidi. 4) R. *ζητήσας*. 5) Cod. *πελείως*. 6) R. *δρομέως*. 7) Cod. *λυπρεθείς*. 8) R. *Φαναρίας*, sed infra vici nomen scriptum est *Φανάροια*. *Photius* eum appellat *Φανάρειαν*, *Cedrenus ed. Bonn. I*, 757. *Φανάῤῥοιαν*.

a) Locus ex *Epiphanii lib. de mensuris et ponderibus* c. 20. desumtus, a Petro autem passim ampliatus est. Quae Petrus addidit, ea in textu sine signis alienae orationi apponi solitis exscripta sunt.

ei illata est, haec dicit: *Nono imperii anno Valeriani et Gallieni, Imperatorum Romanorum, Manes ex Perside ascendit*, vinculis elapsus, ob necem filii regis Persarum: *quo tempore etiam cum Archelao Carcharorum Episcopo disputavit, victusque clam aufugit: et Diodoridem, vicum in vicinia Carcharorum situm, ingressus, cum Tryphone quodam, sanctissimo Presbytero, disputavit, et extremo pudore suffusus est.* Archelaus autem quum accepisset, istum ad Tryphonem abiisse, et cum eo disputationem instituere, cursu citato ipse eum consecutus est, et disputatione iterum cum Mane instituta summum ei ruborem attulit: *atque in eo fuit iste, ut a populo interficeretur, liberatus autem ab Archelao Episcopo in Persidem rediit. Quod quum rex audiisset, cutem utris instar ei detrahi jussit: atque hoc fine Manes vitam clausit.*

Nonnulli vero discipulorum ejus pervenerunt usque ad Samosata, urbem Armeniae, ubi lolio impietatis sparso multos Armenorum in fraudem illexerunt. Post aliquot annos pessimae segetis radix pullulavit, et multis exitialem frugem impertivit, quum Phanaroeam usque progrederetur. Mulier enim quaedam Samosatena, Callinice nomine, duos filios habuit, Paulum

καὶ Ἰωάννην. Τούτους οὖν τοὺς δύο ὄφεις ἡ αὐτῶν γεννήτρια ἔχιδνα ἐκθρέψασα, καὶ τὴν παμμίαρον διδάξασα αἵρεσιν, κήρυκας τῆς πλάνης ἀπέστειλεν ἐκ τοῦ Σαμωσάτου. Οἱ δὲ καταλαβόντες τὴν ἐνορίαν Φαναροίας, ἦλθον εἴς τινα κώμην, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ οἰκοῦντας ἀμαθεῖς καὶ ἀστηρίκτους εὑρόντες, ἐκεῖσε τὸν ἰὸν τῆς
R. 38. πονηρίας καὶ τὸ πικρὸν ζιζάνιον τοῦ ἐχθροῦ ἐνέσπειραν. Διὸ καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἡ μὲν κώμη Ἐπίσπαρις μετωνομάσθη· ἡ δὲ αἵρεσις κατὰ τὴν τῶν κηρυξάντων ὀνομασίαν· καὶ γὰρ ἔκτοτε ἐκ Μανιχαίων ἐπεκλήθησαν Παυλικιανοί.

Οἱ οὖν εὐσεβέστατοι καὶ ὀρθόδοξοι ἡμῶν βασιλεῖς, ἵνα μὴ ἐπιπλεῖον διανεμηθεῖσα ἡ λυμώδης στάσις αὕτη λυμήνηται πολλοὺς τῶν καθ' ἡμᾶς, θεϊκῷ ζήλῳ κινούμενοι, τοὺς κατὰ τόπον εὑρισκομένους τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς Μανιχαίους κατὰ καιροὺς ἀποκτείνουσι 1) κατὰ τὸ 2) ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον ἐν Εὐαγγελίοις a)· „τοὺς μὴ θέλοντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς ἐνέγκατε ἔμπροσθέν μου, καὶ κατα„σφάξατε αὐτούς."

Πολλοὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας κατὰ καιροὺς ὑπῆρξαν οἱ πολέμιοι· μυριοπλασίονες δὲ ταύτης αἱ νῖκαι τῇ αὐτοῦ χάριτι πάντοτε προσγίνονται. Ὁ γὰρ μισόκαλος καὶ τῶν κακῶν ἐφευρετὴς Διάβολος, ὡς οἷά περ πάνδεινός τις ἐχθρὸς καὶ ἀνήμερος 3), τὴν ἑαυτοῦ φαρέτραν εἰς μάτην κενώσας ἐν ταῖς πρόσθεν αἱρέσεσι, τὸ καιριώτερον αὐτοῦ βέλος ἐν τοῖς ὑστέροις καιροῖς τοῖς ἀνθρώποις ἐπαφίησιν· ἐπειδὴ καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν κακίαν πρὸς τὰ τῶν αἰώνων τέλη οὐκ ἐπικεκρυμμένως ἀλλὰ φανερῶς δρᾶσαι συγχωρηθήσεται παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ,

Photius lib. I. p. 3—7. 60.

1) R. ἀποκτένουσι. 2) R. τόν. 3) R. ἀνήμενος.

a) Luc. 19, 27.

et Joannem. Hosce igitur duos serpentes illa vipera genitrix postquam aluerat et nefariam haeresin docuerat, praecones erroris Samosatis emisit. Qui regione Phanaroeae circumjacente occupata in vicum quendam pervenere, et quum ejus incolas rudes et parum stabilitos reperirent, ibi venenum impietatis et dirum adversarii lolium sparserunt. Unde vicus ille hodieque Episparis est nuncupatus: haeresis autem a praeconibus nomen adepta est: ex illo enim tempore pro Manichaeis Pauliciani appellati sunt.

Quam ob rem religiosissimi et orthodoxi nostri Imperatores, ne haec seditio pestifera latius serperet, multosque nostrorum perderet, divino impulsi ardore, ubicunque imperii Romani Manichaei singulis temporibus deprehendebantur, eos interfecerunt secundum illud a Domino in Evangelio dictum: ***qui nolunt me regnare super se, adducite ad me, et interficite eos.***

Multi quidem diversis temporibus Ecclesiae Dei adversarii exstitere: sed multifariae ejus victoriae Dei gratia semper reportatae sunt. Diabolus enim omnis honesti inimicus, malorumque auctor, ut atrocissimus et ferocissimus hostis, quum pharetram suam in anterioribus haeresibus frustra exhausisset, telum funestius postremis temporibus in homines misit: omnem enim suam pravitatem supremis mundi temporibus non tecte sed aperte exercere permittetur ei a summo Deo,

*κατὰ τὰ θεόπνευστα καὶ ἱερώτατα λόγια. Ποιήσει γάρ, φησιν, ὁ ὑπὸ τοῦ Πο-
νηροῦ ἐνεργούμενος Ἀντίχριστος „σημεῖα, ὡς πλανῆσαι εἰ δυνατὸν καὶ τοὺς ἐκλε-
„κτούς“ [a]). Διὸ ἐν πάσαις ταῖς αἱρέσεσι φρυαξάμενος, ἐν τῇ μυσαρᾷ αἱρέσει τῶν
Μανιχαίων, τῶν καὶ Παυλικιανῶν λεγομένων, μεγαλαυχήσας, ὥστε καὶ τοὺς τιτρω-
σκομένους παραπείσας μὴ ἐξαγορεύειν τὰ τραύματα, ἀλλὰ πίνειν τὰ δηλητήρια
καθάπερ οἶνον εὐφρόσυνον, νῦν (ὡς γελοῖον!) τοῖς πᾶσι πρόκειται σὺν τοῖς πει-
θομένοις αὐτῷ καθάπερ νήπιον ἐμπαιζόμενος, τῆς κακίας αὐτοῦ [1]) θριαμβευθείσης
ἐν ταῖς ἡμέραις Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρ-
θοδόξων βασιλέων ἡμῶν. Τὰ γὰρ πάλαι κεκρυμμένα καὶ κάλλιστα δηλητήρια,
καὶ σχεδὸν πάντας ἀνθρώπους διαλανθάνοντα περὶ τῶν μυσαρῶν Παυλικιανῶν, νῦν
φανερῶς θριαμβεύονται ταῖς ἀγρύπνοις προσευχαῖς καὶ ἀκοιμήτοις μερίμναις καὶ
θεοδέκτοις ἐγρηγόρσεσι καὶ τῇ ἐπιστημονικῇ ποιμάνσει τῶν εἰρηνοποιῶν καὶ ὀρθο-
δόξων μεγάλων βασιλέων ἡμῶν. Πάντας γὰρ τοὺς προβεβασιλευκότας διαλαθὼν
ὁ ἐγκεκρυμμένος δόλος τῆς μυσαρᾶς ταύτης αἱρέσεως τὴν δικαίαν βασιλείαν τῶν* R. 40.
*κοσμασυστάτων καὶ ἁγίων μεγάλων βασιλέων ἡμῶν οὐ διέλαθεν· ἔδει μὲν γὰδ
ταῦτα τὰ σκολιὰ θριαμβευθῆναι, ἀλλὰ τῆς λείας καὶ βασιλικωτάτης βάσεως καὶ
εὐθείας ὁδοῦ βασιλευούσης, τῆς ὄντως ἀγαθῆς καὶ ἐπεράστου καὶ εἰς αἰῶνα μνη-
μονευομένης διὰ πάντα τὰ τίμια αὐτῆς κατορθώματα, ἅμα τῶν θεοστέπτων υἱῶν
αὐτῆς, καὶ μεγάλων βασιλέων ἡμῶν, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, τῶν αἰωνίων
Αὐγούστων. Τῆς γὰρ ἁγίας καὶ μακαρίας ζωαρχικῆς θείας Τριάδος ἡ ἰσά-
ριθμος αὕτη τῶν ἁγίων βασιλέων ἡμῶν τριάς, τῷ ἀκηράτῳ φωτὶ λαμπρυνομένη,*

1) R. αὐτόν.   a) Matth. 24, 24.

testibus divinis et sanctissimis oraculis. Patrabit enim, dicunt, Antichristus a Diabolo agitatus *prodigia, ut, si fieri possit, in errorem inducat electos etiam.* Itaque postquam in omnibus haeresibus se jactavit, et in abominanda haeresi Manichaeorum, qui etiam Pauliciani vocantur, insolentius se extulit, ita ut vulneratis persuaderet, ne vulnera divulgarent, sed venena biberent tanquam vinum exhilarans; nunc (quam ridiculum!) omnibus patet cum iis, qui ipsi obediunt, infantis instar delusus, postquam ejus pravitas temporibus Basilii, et Constantini, et Leonis, Imperatorum nostrorum piorum et orthodoxorum, triumphata est. Quae enim olim recondita fuerunt, egregia venena, et quae omnibus fere hominibus latuerunt de abominandis Paulicianis, nunc palam triumphantur assiduis precibus et perpetuis curis et Deo gratissimis vigiliis atque prudenti administratione magnorum Imperatorum nostrorum, pacis et rectae fidei cultorum. Etenim quae superioribus Imperatoribus omnibus latuerat fraus occulta hujus abominandae haeresis, justo imperio sanctorum magnorum Imperatorum nostrorum, orbem terrarum rite temperantium non latuit: oportuit enim hanc versutiam triumphari, sed oportuit gressu plano et Imperatoribus digno, et recta via regia, vere bona et amabili et in aeternum celebranda propter omnia praeclara et nobilia facta, una cum coronatis a Deo filiis illius, magnis Imperatoribus nostris, Constantino et Leone, semper Augustis. Divinae enim et beatae Triadi, quae vitae totius fons est, numero aequalis haec sanctorum Imperatorum nostrorum trias, purissimo lumine collustrata,

ἀκτῖνας θεογνωσίας τῇ οἰκουμένῃ ἐκπέμπει, καὶ ταύτην πολυειδῶς εὐεργετοῦσα οὐ διαλιμπάνει· καὶ γὰρ τοῦ μεγέθους τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῆς καὶ τὰ ἀλλόγλωσσα καὶ ἀνήμερα ἔθνη αἰσθάνονται. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

Πῶς δὲ ἄρα ἡ ἀρχὴ τῆς μυσαρᾶς ταύτης αἱρέσεως γέγονεν, ἤδη ἐν τῇ διὰ πλάτους διηγήσει ἡμῖν λέλεκται, ἐν οἷς ἐλέγομεν περί τε Μάνεντος καὶ τῶν λοιπῶν, καὶ Παύλου τοῦ Σαμωσατέως, τοῦ υἱοῦ Καλλινίκης τῆς Μανιχαίας, ἀδελφοῦ τε [1] *Ἰωάννου. Ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτοι, περὶ ὧν διηγησόμεθα, εἰ κενοφωνίας τινὰς ταῖς πρώταις ἐπισυνῆψαν αἱρέσεσι, καθὼς ἐν τοῖς ἓξ λόγοις ἡμῖν δεδήλωται, ἀλλὰ μαθηταὶ τῶν προηγησαμένων αἱρεσιαρχῶν ὑπῆρξαν γνήσιοι, καθώς περ λεπτομερῶς δηλωθήσεται. Τίνες δὲ οὗτοι οἱ νεωστὶ ἀναφανέντες, εἰς οὓς οἱ Παυλικιανοὶ ἐπερείδονται, καὶ οὓς ἑαυτῶν διδασκάλους ἐπιγράφονται, ἤδη λεκτέον.*

*) *Ἐν ταῖς ἡμέραις Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, τοῦ ἔγγονας* [2] *Ἡρακλείου, γέγονέ τις Ἀρμένιος, ὀνόματι Κωνσταντῖνος, ἐν τῷ Σαμωσάτῳ τῆς Ἀρμενίας ἐν κώμῃ Μανανάλει λεγομένῃ, ἥτις κώμη καὶ μέχρι τοῦ νῦν Μανιχαίους ἐντρέφει. Οὗτος Διάκονόν τινα αἰχμάλωτον, πρὸς τὴν οἰκείαν πατρίδα ἐκ Συρίας ἐπανερχόμενον, ὡς ἀκριβῶς ἐμάθομεν, καὶ τὴν κώμην Μανάναλιν φθάσαντα, ξενίζει ἐπὶ ἡμέρας τινὰς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Ὁ δὲ αἰχμάλωτος, ἐκ Συρίας βίβλους ἐπιφερόμενος δύο, μίαν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, καὶ ἑτέραν τὴν τοῦ Ἀποστόλου, ταύτας δωρεῖται τῷ Κωνσταντίνῳ, ἀμειβόμενος αὐτῷ τὴν τῆς ξενοδοχίας ἀντάμειψιν. Ὁ δὲ λαβὼν τὰς δύο βίβλους τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου, καὶ τὴν ἀθέμιτον καὶ*

*) ad seqq. cf. *Photius lib. I. p.* 61—62.

1) R. *δέ*. 2) *ἔγγων* serioris graecitatis i. q. *ἔγγονος*.

divinae cognitionis radios per orbem terrarum diffundit, eumque innumeris beneficiis ornare non cessat: quorum beneficiorum magnitudinem gentes quoque barbarae et incultae sentiunt. Et haec quidem hactenus.

Quomodo igitur initium abominandae hujus haeresis factum sit, jam illa diffusiore narratione a nobis dictum est, quum de Mane caeterisque, atque Paulo Samosateno, Callinices Manichaeae filio, fratreque ipsius Joanne diceremus. Verumtamen et isti, de quibus narrabimus, etiamsi nugas quasdam prioribus haeresibus adjunxerint, quemadmodum sex capitibus a nobis expositum est, tamen discipuli supra enumeratorum haeresiarcharum germani fuerunt, sicuti accuratius exponetur. Quinam vero sint nuper exorti, in quos Pauliciani nituntur, et quos doctores profitentur, jam dicendum est.

Temporibus Constantini Imperatoris, qui Heraclii pronepos erat, fuit Armenius quidam, Constantinus nomine, in agro Samosatorum, urbis Armeniae, in vico, qui Mananalis dicitur, et usque hodie Manichaeos alit. Hic Diacono cuidam captivo, qui ex Syria in patriam revertebatur, ut accurate didicimus, et ad vicum Mananalin pervenerat, hospitium praebuit dies aliquot in domo sua. Captivus autem libros duo, quos ex Syria attulerat, unum sancti Evangelii, alterum Apostoli, dono dedit Constantino, ut ipsi hospitii gratiam remuneraret. Ille vero acceptis duobus libris Evangelii et Apostoli, nefariam atque

μυσαρὰν αὐτοῦ αἵρεσιν βλέπων βδελυκτὴν παρὰ πάντων καὶ φευκταίαν ὑπάρχουσαν διὰ τὰς ἐν αὐτῇ δυσφημίας τε καὶ αἰσχρουργίας, θέλων αὖθις ἀνανεώσα- R. 42.
σθαι τὸ κακὸν, μηχανᾶται ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας, μὴ ἀναγινώσκεσθαι ἑτέραν βίβλον τὸ παράπαν πλὴν τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου, ὅπως δυνηθῇ δι᾽ αὐτῶν ἐπικαλύψαι τὴν τῆς κακίας βλάβην, ὥσπερ οἱ τὰ δηλητήρια φάρμακα διδόντες πίνειν διὰ μέλιτος ἐπικαλύπτουσιν. Καὶ δὴ ἐκ τῶν μνημονευθεισῶν Μανιχαϊκῶν βίβλων τὰς ἀφορμὰς ἑκάστης βλασφημίας παρειληφὼς, ἠδυνήθη ἐκ συνεργίας σατανικῆς τὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου νοήματα ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ πρὸς τὸ οἰκεῖον διαστρέψαι βούλημα. Τὰς δὲ πολλάκις μνημονευθείσας βίβλους τῶν Μανιχαίων, ὡς προείρηται, ἀπεῤῥίψατο, διὰ τὸ καὶ μάλιστα πολλοὺς ὁρᾷν [1]) ἕνεκα αὐτῶν ξίφεσιν ἀποκτεινομένους. Οἱ γὰρ θειότατοι καὶ ὀρθόδοξοι ἡμῶν τῶν ὄντως Χριστιανῶν βασιλεῖς κατὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν αὐτῶν κατορθωμάτων θεσπίζουσι καὶ τοῦτο· Μανιχαίους καὶ Μοντανοὺς ξίφει τιμωρεῖσθαι, τὰς δὲ βίβλους αὐτῶν εὑρισκομένας πυρὶ παραδίδοσθαι· εἰ δέ τις φωραθείη ταύτας ἀποκρύπτων, τὸν τοιοῦτον ψήφῳ θανάτου καθυποβάλλεσθαι, τὰ δὲ ὑπάρχοντα αὐτῶν ἐν τῷ τοῦ δημοσίου εἰσκομίζεσθαι μέρει.

Ὁ γοῦν τοῦ Μάνεντος μαθητὴς Κωνσταντῖνος, ἵνα τοὺς μαθητευομένους [2]) αὐτῷ τελείως δελεάσας ἀπολέσῃ, καὶ ποιήσῃ [3]) εὐπαράδεκτα τὰ παρ᾽ αὐτοῦ λεγόμενα, τὰς Οὐαλεντίνου [4]) βλασφημίας καὶ τερατολογίας, τῶν τριάκοντα Αἰώνων φημὶ καὶ Θεῶν, ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ Κουβρίκου περὶ τοῦ ὑετοῦ πλαστώδη [5]) μυθολογίαν, ὅς φησιν ἐξ ἱδρώτων νεανίσκου εὐειδοῦς κατατρέχοντος [6]) παρθένῳ

cf. *Photius lib. I. p.* 62—64.

1) R. *ὁρῶν.* 2) R. *καθητευομένους.* 3) R. *ποιήσει.* 4) R. *Οὐαλεντίου.*
5) Fortasse legendum *πλασματώδη.* 6) Legendum videtur *ἐπιτρέχοντος*, cf. p. 25.

impuram suam haeresin animadvertens abominatam ab omnibus et invisam esse propter impia dicta foedaque flagitia, quae ei insunt, quum iterum renovare vellet pestem, machinatus est Diabolo instigante, ne legeretur prorsus alius liber praeter Evangelium et Apostolum, ut posset per eos tegere mali labem, ut ii, qui poculum venenatum propinant, melle venenum abscondunt. Et quidem quum ex Manichaeorum libris, quos diximus, materiam cujusque impietatis desumsisset, potuit Satana cooperante Evangelii et Apostoli sententias interpretando ad suam libidinem pervertere. Manichaeorum igitur libros, quos saepius memoravimus, abjecit, hanc etiam maxime ob causam, quod multos videbat eorum causa gladio interfici. Divinissimi enim et orthodoxi nostri, genuinorum Christianorum, Imperatores ad caetera sua egregia facinora id etiam addiderunt, ut juberent, Manichaeos Montanosque gladio puniri, libros autem eorum, qui invenirentur, igni tradi; si quis autem deprehenderetur eos occultans, illum supplicio capitis affici, ejusque bona in fiscum redigi.

Manis igitur discipulus Constantinus, quo magis eos, qui disciplinae suae se traderent, alliceret et perderet, et probabiliora redderet quae doceret, Valentini impie et prodigiose dicta, de triginta Aeonibus Diisque dico, praeterea etiam illam Cubrici de pluvia effictam fabulam, qui dicit, ex sudoribus juvenis formosi virginem insectantis

γίνεσθαι τὸν ὑετὸν, καὶ ἄλλα τινὰ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ὡς δυσπαράδεκτα ἠθέλησεν ἀποσείσασθαι· οὐχ ἵνα τὴν μεγίστην λωφήσῃ κακίαν, ἀλλ᾽ ἵνα πρὸς ἑαυτὸν πολλοὺς ἐφελκύσηται. Βασιλείδου δὲ τοῦ δυσωνύμου τὰς ἀσελγείας[1]) *τε καὶ τὰ μιάσματα, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων τὸν δυσώδη ὑποδεξάμενος βόρβορον, ἀναδείκνυται νέος τις ὁδηγὸς ἀπωλείας. Ὅθεν ἅπαντες οἱ νῦν περιόντες τῶν Μανιχαίων παῖδες, τὰς δραματουργίας ταύτας ἀγνοοῦντες, προθύμως ἀναθεματίζουσι Σκυθιανὸν, Βουδδᾶν τε καὶ Μάνεντα, τοὺς τῆς κακίας γεγονότας ἀρχηγέτας· Κωνσταντῖνον δὲ τοῦτον, τὸν καὶ Σιλουανὸν ἑαυτὸν ὀνομάσαντα, καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτὸν ἀναδειχθέντας ὡς Ἀποστόλους Χριστοῦ καὶ ἰσοτίμους Παύλου ἡγοῦνται.*

R. 44. *Οὗτος τοίνυν ὁ Κωνσταντῖνος, ὁ καὶ Σαλοάνους*[2])*, τὴν Μανάναλιν καταλείψας, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Κίβοσσαν τὸ κάστρον, πλησίον Κολωνείας, λέγων ἑαυτὸν εἶναι τὸν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοῦ Ἀποστόλου ἐμφερόμενον Σιλουανὸν, ὃν ἀπέστειλεν ὡς πιστὸν μαθητὴν Παῦλος Μακεδονίαν. Ἀπεδείκνυε δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τὴν τοῦ Ἀποστόλου βίβλον, ἥνπερ εἰλήφειν παρὰ τοῦ προμνημονευθέντος Διακόνου τοῦ αἰχμαλώτου, λέγων· „ὑμεῖς ἐστὲ οἱ Μακεδόνες, ἐγὼ δέ εἰμι „Σιλουανὸς ὁ ὑπὸ Παύλου ὑμῖν ἀποσταλείς." Καὶ τοῦτο δὲ μετὰ χρόνους ἑξακοσίους τῆς μαρτυρίας Παύλου ἀναφανεὶς ἔλεγεν, ὡς καὶ προείρηται, ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ ἔγγονος Ἡρακλείου. Καὶ δὴ ἐν ὅλοις ἔτεσιν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ διατρίψας ἐκεῖσε πολλοὺς τῶν ἐγχωρίων πλανήσας, ἀξίαν τῆς ἑαυτοῦ διδασκαλίας τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου ἐδέξατο. Ὁ γὰρ βασιλεὺς, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, μαθὼν τὰ κατ᾽ αὐτὸν,*

cf. *Photius lib. I. p.* 64—68.

1) R. *ἀσελγίας.* 2) Nomen *Σιλουανοῦ* ita depravatum est, ut e vocibus *σάλος* et *ἄνους* compositum esse, itaque haeretici indolem significare videatur. Ita infra nomen *Τίτου* detortum est in *Κῆτος*, *Τιμόθεος* in *Θυμόθεος*, *Ἐπαφρόδιτος* in *Ἀφρόνητος* caet.

pluviam fieri, et alia quaedam ut incredibilia rejicere decrevit: non quo maximam impietatem solveret, sed quo multos ad se pertraheret. Basilidis vero nefandi flagitia et impuritates, caeterorumque omnium graveolens coenum quum amplexus sit, prodit se novum ducem perniciei. Quam ob causam omnes qui nunc supersunt Manichaeorum posteri, fabularum origines hasce ignorantes, promtis animis anathematizant Scythianum, Buddam et Manem, qui impietatis principes fuerunt: Constantinum vero hunc, qui se Silvanum appellavit, eosque, qui post illum prodierunt, in Christi Apostolorum numero, et Paulo pares habent.

Hic igitur Constantinus, qui et Saloanus, Mananali relicta migravit Cibossam, castrum Coloniae vicinum, et jactavit se illum esse Silvanum in epistolis Apostoli commemoratum, quem Paulus tanquam fidum discipulum in Macedoniam miserit. Ostendit discipulis suis codicem etiam Apostoli, quem a Diacono captivo antea memorato acceperat, et dixit: *vos estis Macedones, ego Silvanus, a Paulo ad vos missus.* Atque id annis sexcentis post praedicationem Pauli prodiens dixit, ut jam antea dictum est, Constantini, qui Heraclii pronepos erat, temporibus. Atque quum per annos septem et viginti integros ibi versatus esset, multosque ex incolis in errorem induxisset, dignum sua doctrina vitae finem sortitus est. Nam Imperator, postquam de ejus flagitiis, nescio qua ratione, compererat,

ἀποστέλλει βασιλικόν τινα, Συμεῶνα καλούμενον, παραγγείλας αὐτῷ λιθοβολῆσαι τὸν τῆς κακίας ἐργάτην, τοὺς δὲ μαθητὰς αὐτοῦ, ὡς ἐξ ἀγνοίας ἀπατηθέντας, ἐν Ἐκκλησίαις Θεοῦ πρὸς ἐπιστροφὴν παραδοθῆναι καὶ διόρθωσιν, εἰ καὶ ἀδιόρθωτοι ἔμειναν. Ὅπερ καὶ γέγονεν. Ἐλθὼν γὰρ ὁ Συμεὼν, καὶ παραλαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τινὰ τῶν ἐκεῖσε ἀρχόντων τοὔνομα Τρύφωνα, καὶ γενόμενος ἐπὶ τοῦ τόπου, συλλαμβάνει τοὺς πάντας, καὶ ἐνέγκας αὐτοὺς κατὰ τὸ νότιον μέρος τοῦ κάστρου Κολωνείας, ἵστησι τὸν δείλαιον καὶ τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς κατέναντι αὐτοῦ, οἷς καὶ παρεκελεύσατο λιθοβολῆσαι αὐτόν. Οἱ δὲ τοὺς λίθους λαμβάνοντες, καὶ ὡς πρὸς τὰς ἑαυτῶν ζώνας τὰς χεῖρας προσκλίνοντες, ὀπισθοφανῶς 1) *τῆς χειρὸς τοὺς λίθους ἠκόντιζον, φειδόμενοι τοῦ οἰκείου διδασκάλου, ὡς ἅτε δὴ ἐκ Θεοῦ ἀποσταλέντος αὐτοῖς. Οὗτος οὖν ὁ Σαλοάνους πρὸ χρόνων τινῶν Ἰοῦστόν τινα καλούμενόν εἰς υἱοθεσίαν λαβὼν, καὶ τὴν Μανιχαϊκὴν διδάξας αἵρεσιν, ἀξίαν τῆς ἀνατροφῆς καὶ διδασκαλίας τὸ τηνικάδε παρ' αὐτοῦ τὴν ἀμοιβὴν ἐδέξατο. Ἐπιταχθεὶς γὰρ παρὰ τοῦ βασιλικοῦ ὁ Ἰοῦστος, καὶ δραξάμενος λίθον, ὡς νέον Γολιὰθ, τοῦτον πατάξας ἀπέκτεινε. Καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτῷ ἡ Δαυιτικὴ φωνὴ ἡ λέγουσα· „λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν „εἰργάσατο* 2). *Καὶ ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ* a)." *Ὁ δὲ τόπος ἐκεῖνος διὰ τοὺς συναχθέντας ἐπ' αὐτῷ λίθους Σωρὸς ἐκλήθη μέχρι τῆς σήμερον.*

Photius lib. I. p. 68—70.

1) Legendum videtur *ὀπισθοφανοῦς*. 2) Verba *καὶ ἐμπεσεῖται — εἰργάσατο* in graeco textu Raderi desunt: quum autem in latina versione inveniantur, per errorem excidisse videntur.

a) Ps. 7, 15. 16.

aulicum quendam, Symeonem nomine, ablegavit, eique mandavit, ut impietatis auctor lapidaretur, ejus vero discipuli, propter inscitiam seducti, Dei Ecclesiis traderentur convertendi et corrigendi, an etiam insanabiles manerent. Quod et factum est. Venit enim Symeon, adsumsit socium aliquem e magistratibus illius regionis, Tryphonem nomine, accessit ad locum, comprehendit omnes, duci eos jussit in australem Coloniae castri partem, constituit miserum, et illius discipulos e regione ipsius, eosque jussit lapidibus eum obruere. Illi autem lapidibus prehensis ad balteos suos manus admovebant, manuque in posticam partem conversa lapides vibrabant, parcentes suo magistro, quasi a Deo sibi missus esset. Hic jam Saloanus quum ante plures annos Justum quendam filium adoptavisset, eumque Manichaica haeresi imbuisset, tunc educatione et disciplina dignam ab eo mercedem accepit. Jussu enim illius aulici Justus arrepto lapide quasi alterum Goliath hunc feriit et occidit. Et accidit ei vox illa Davidica: ***cisternam aperuit, et effodit eam, et incidet in foveam, quam fecit. Et convertetur pernicies ejus in caput ipsius.*** **Locus autem ille propter lapides in eo congestos Acervus appellatus est usque ad hunc diem.**

5

Κατὰ δὲ τὴν τοῦ βασιλέως κέλευσιν ὁ Συμεὼν τοὺς μαθητὰς Κωνσταντίνου
R. 46. *ἐν Ἐκκλησίαις Θεοῦ πρὸς ἐπιστροφὴν παραδέδωκεν· ἀλλ' ἔμειναν ἀνεπίστροφοι,*
μᾶλλον ἑλόμενοι συναποθνήσκειν τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ, ἢ διὰ μετανοίας τὸν Θεὸν
ἐξιλεώσασθαι, καὶ σωτηρίας αἰωνίου ἐπιτυχεῖν. Οὓς ἀνακρίνας ὁ Συμεὼν, καὶ
ἀμύητος ὢν θεϊκῆς παιδεύσεως, μᾶλλον δὲ κοῦφος ταῖς φρεσὶν ὑπάρχων, τὴν
ὀλεθρίαν ταύτην ἔμαθεν αἵρεσιν· καὶ ἀνακάμψας πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τριετῆ
χρόνον ἐπιμείνας ἐν Κωνσταντινουπόλει, οἴκοι μένων, τελείως ἐνεργηθεὶς ὑπὸ τοῦ
Διαβόλου, καταλιπὼν ἅπαντα, λαθραίως ἀπέδρα. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν λεχθεῖσαν
Κίβοσσαν, τοὺς μαθητὰς ἐπισυνάγει Κωνσταντίνου, καὶ γίνεται τῆς κακίας διά-
δοχος· εὐδοξίαν τε ὡς καὶ οἱ πρὸ τούτου ἑαυτῷ πραγματευόμενος [1]*, Τίτον*
ἑαυτὸν ὀνομάζει. Ἐγὼ δὲ τοῦτον οὐ Τίτον λέξω· οὐ γὰρ ἦν μιμητὴς Τίτου,
τοῦ ἐν Κρήτῃ ὑπὸ Παύλου τοῦ Ἀποστόλου χειροτονηθέντος Ἐπισκόπου· ἀλλὰ
Κῆτος· μιμητὴς γὰρ γέγονε τοῦ θαλασσίου κήτους τοῦ τοῖς ὕδασιν ἐμφωλεύον-
τος. Περὶ γὰρ τοῦ θαλασσίου κήτους φασί τινες, ὅτι τὸ θαλάσσιον κῆτος ἀσπι-
δοχελώνη λέγεται, ἔστι δὲ τῷ μεγέθει νήσῳ ἐοικὸς, καὶ φωνὴν ἔχει βαρεῖαν· ὅθεν
ἀγνοοῦντες οἱ ναῦται ἐπ' αὐτῷ τὰς ἀγκύρας τιθέασι, καὶ πηγνύντες πασσάλους,
τὰ πλοῖα δεσμεύουσιν· ἐπὰν δὲ ἀνάψωσιν ἐπ' αὐτῷ κάμινον, θερμανθὲν τὸ ζῶον,
ἀθρόως καταδὺν [2]*, πάντας εἰς βυθὸν ἀποπνίγει. Οὕτως οὖν καὶ οὗτος τοὺς*
ἀγνοήσαντας αὐτοῦ τῆς κακίας τὸ μέγεθος, καὶ τὴν βαρεῖαν φωνὴν μὴ ἐκκλίναν-
τας, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπακούσαντας, ἐπ' αὐτῷ τε τῆς ἐλπίδος τὴν ἄγκυραν θεμένους,

Photius lib. I, p. 70. 71.

1) Legendum videtur *πραγματευσόμενος*. 2) R. *καταδυέν*.

Secundum Imperatoris mandatum Symeon Constantini discipulos Ecclesiis tradidit, quo ad saniorem mentem revocarentur: sed illi inflexibiles manserunt, malueruntque cum impietate sua mori, quam Deum poenitentia placare, salutemque consequi sempiternam. In quos quum Symeon inquireret, vir divinae institutionis expers, atque levis animo, pestiferam hanc haeresin didicit: et postquam ad Imperatorem redierat, et triennium Constantinopoli versatus domi se tenuerat, prorsus a Diabolo occupatus, relictis omnibus clam aufugit. Venit Cibossam, quae dicebatur, convocat discipulos Constantini, ejusque impietatis fit successor: atque ut eadem qua praedecessores arte auctoritatem sibi conciliet, Titum se appellat. Ego vero non Titum hunc vocabo: neque enim imitator ejus Titi fuit, qui in insula Creta a Paulo Apostolo Episcopus ordinatus est: sed Cetum: siquidem imitator fuit ceti marini in undis latitantis. Cetum enim marinum dicunt quidam aspidochelonem appellari, mole vero sua insulae esse similem, et vocem gravem habere: hinc fieri, ut nescientes nautae ancoras in eum jaciant, et ad palos infixos navigia deligent: quum autem in illo ignem accendant, belluam calefactam repente aquam subire, omnesque in altum demergere. Sic etiam iste eos, qui impietatis ejus magnitudinem ignoraverint, gravemque vocem non effugerint, sed auscultaverint potius, et in ipso spei ancoram fixerint,

πάντας διὰ πυρὸς εἰς βυθὸν Ἅιδου κατήγαγε· διὰ πυρὸς γὰρ λέλυται σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ πλανηθεῖσι, καὶ πρὸς πῦρ ἐξεδήμησεν ἄσβεστον.

Τριετῆ γὰρ ἐκεῖσε τελέσας χρόνον, καὶ πολλοὺς ἀπατήσας, ὕστερον συζητήσεως γενομένης καὶ λόγων πολλῶν κινουμένων μεταξὺ Ἰούστου τοῦ προμνημονευθέντος, τοῦ τῇ τοῦ λίθου βολῇ [1]) *τὸν Κωνσταντῖνον πατάξαντος, καὶ Συμεῶνος, τοῦ καὶ Κήτους, περὶ τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ τοῦ ἐν τῇ πρὸς Κολασσεῖς ἐπιστολῇ κειμένου, φάσκοντος· „ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ „ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· „τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθη· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ „τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν* [a])"· *εἶτα διενισταμένου τοῦ Ἰούστου καὶ λέγοντος ἄρα, μήπως ἀπατῶμεν τοὺς λαοὺς, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων ἀσυνέτως ἀπόλωμεν* [2]), R. 48.
ἕτερα διδάσκοντες παρὰ τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα, ὧν ψυχῶν τὸ κρίμα ἐπὶ τῆς φοβερᾶς δίκης ἡμεῖς ἀποτίσομεν· ὁ Συμεὼν οὐκ ἐπείθετο, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπέμενεν διαστρέφων, ὡς ἔθος ἦν αὐτῷ, ὧδε κἀκεῖσε τοῦ λόγου τὴν ἑρμηνείαν ἄγων. Καὶ γενομένης φιλονεικίας μεγάλης μεταξὺ Ἰούστου καὶ τοῦ Συμεῶνος, ὁ Ἰοῦστος ἀνέρχεται πρὸς τὸν Ἐπίσκοπον Κολωνείας, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ μαθεῖν βουλόμενος, ἀνήγγειλεν αὐτῷ πάντα περί τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν συνόντων αὐτῷ, καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν. Ὁ δὲ Ἐπίσκοπος, μηδὲν μελλήσας [3]), *ἀνήγαγε περὶ τούτων τῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ, τῷ μετὰ Ἡράκλειον βασιλεύσαντι. Μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσε πάντας ὑφὲν ἀνακριθῆναι, καὶ τοὺς ἐμμείναντας*

Photius lib. I. p. 71—74.

1) Ms. *βουλῇ.* 2) R. *ἀπόλλομεν.* 3) R. *μελήσας.*

a) Col. 1, 16. 17.

omnes per ignem ad voraginem inferni deduxit: igne enim exstinctus est una cum suae amentiae sociis, et ad ignem sempiternum profectus est.

Quum enim tres annos ibi peregisset, multosque decepisset, exorta tandem disputatione magnaque altercatione inter Justum antea memoratum, qui lapidis ictu Constantinum ferierat, et Simeonem, quem Cetum dixi, de apostolica voce in epistola ad Colossenses obvia: *in ipso creata sunt omnia in caelo et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum et in ipsum creata sunt: et ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant:* resistente Justo et dicente: ne forte populos decipiamus, hominumque animas temere perdamus, alia docentes quam Apostolus, pro quibus animis in tremendo judicio nos poenam luemus: Simeon non obtemperavit, sed institit potius pervertere, ut mos ipsi erat, huc illucque illius vocis expositionem distorquens. Atque controversia magna orta inter Justum et Simeonem, Justus proficiscitur ad Episcopum Coloniae, atque quum apostolicae vocis vim discere vellet, nuntiavit illi omnia de se et de caeteris sociis, et de disciplina eorum. Episcopus autem, nihil morans, retulit de iis ad Imperatorem Justinianum, qui post Heraclium regnavit. Imperator autem quum comperisset, ad unum omnes in judicium vocari, atque eos, qui in errore perseverarent,

τῇ πλάνῃ πυρὶ παραδοθῆναι [1]). *Ὅπερ καὶ γέγονε· πλησίον γὰρ τῆς Σωροῦ πυρὰν μεγάλην ἀνάψαντες, ἄρδην κατέφλεξαν ἅπαντας. Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Παῦλος, Ἀρμένιος τῷ γένει, ἔχων δύο υἱοὺς, ὧν τὰ ὀνόματα Γεγνέσιος* [2]) *καὶ Θεόδωρος, μεθ' ὧν καὶ ἀποδιδράσκει, ἔρχεται εἰς Ἐπίσπαριν, τὴν προλεχθεῖσαν ἡμῖν ἐν τοῖς* [3]) *διὰ πλάτους, ὅτε περὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου τῶν Σαμωσατέων, τῶν υἱῶν Καλλινίκης, ἐλέγομεν. Ἀφ' οὗ Παύλου καὶ Παυλικιανοὶ ἀντὶ Μανιχαίων μετωνομάσθησαν. Προβάλλεται οὖν ὁ Παῦλος τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Γεγνέσιον εἰς τὸ τῆς ἀθεότητος διδασκαλεῖον, ὃν καὶ Τιμόθεον μετονομάζει. Καὶ γίνεται στάσις μεταξὺ ἀμφοτέρων τῶν ἀδελφῶν, Γεγνεσίου φημὶ καὶ Θεοδώρου, τοῦ μὲν λέγοντος χάριν εἰληφέναι θεϊκὴν τὴν τοῦ Πνεύματος, τοῦ* [4]) *δὲ πάλιν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦτο προβαλλομένου· καὶ οὕτως εἰς ἑαυτοὺς στασιάζοντες, καὶ τέλειον μῖσος ἀλλήλους μισήσαντες οἱ τοῦ μύσους προστάται, διέμειναν οὕτως μέχρι τέλους ζωῆς αὐτῶν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὰ περὶ τούτων ἀκούσας, ἦν δὲ τηνικαῦτα Λέων ὁ Ἴσαυρος, μεταστέλλεται τὸν Γεγνέσιον τὸν καὶ Τιμόθεον, μᾶλλον δὲ Θυμόθεον, καὶ παραπέμπει αὐτὸν πρὸς τὸν Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. Ὡς δὲ εἶδεν αὐτὸν ὁ Πατριάρχης, λέγει αὐτῷ· „διὰ τί ἠρνήσω τὴν ὀρθόδοξον πίστιν;" ὁ δὲ λέγει ἀνάθεμα τὸν ἀρνησάμενον τὴν ὀρθόδοξον πίστιν· ἔλεγε δὲ ὀρθόδοξον πίστιν τὴν οἰκείαν αἵρεσιν. Καὶ ὁ Πατριάρχης πάλιν λέγει· „διὰ τί οὐ πιστεύεις καὶ προσ-*
R. 60. *„κυνεῖς τὸν τίμιον σταυρόν;" ὁ δὲ λέγει ἀνάθεμα τὸν μὴ προσκυνοῦντα καὶ μὴ σεβόμενον τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρόν· ἔλεγε δὲ σταυρὸν τὸν Χριστὸν τῇ*

Photius lib. I. p. 74—79.

1) Ms. *παραδοθέντες*. 2) Apud Photium *Γεγναίσιος*. 3) Lego *ἡμῖν αὐτοῖς*. Non de prolixiore opere, quod Petrus scripserit, cum Radero interprete esse cogitandum, sed de loco hujus libelli p. 28 certissimum est. 4) R. *τόν*.

igni tradi jussit. Quod et factum est: prope Acervum enim rogo magno accenso, cunctos cremaverunt. Unus autem ex iis, Paulus, Armenius genere, cum duobus filiis, quibus nomina erant Gegnaesius et Theodorus, aufugit, et pervenit Episparim, de qua supra fusius ipsi diximus, quum de Paulo et Joanne Samosatenis, Callinices filiis, ageremus. A quo Paulo et Pauliciani pro Manichaeis mutato nomine appellati sunt. Producit igitur Paulus filium Gegnaesium in impietatis cathedram, eique Timothei nomen imponit. Sed facta est altercatio inter duos fratres, Gegnaesium dico et Theodorum, quum alter divinam Spiritus gratiam se accepisse assereret, alter autem in eo se opponeret: atque sic inter se dissidentes, et summo odio se persequentes, illi piaculi praesides, perseverarunt ita usque ad finem vitae. Imperator autem, quum de iis audivisset, erat is tum Leo Isauricus, Gegnaesium acciri jubet, qui et Timotheus vocabatur, vel Thymotheus potius, cumque ad Patriarcham Constantinopolitanum mittit. Quem autem ut vidit Patriarcha, dicit ei: *cur orthodoxam fidem abnegasti?* ille autem anathema dicit eum, qui abnegaverit orthodoxam fidem: orthodoxam autem fidem dixit haeresin suam. Et Patriarcha rursus, *quamobrem*, inquit, *non credis neque adoras venerandam crucem?* ille autem anathema dicit eum, qui non adoret neque veneretur venerandam et vivificam crucem: crucem autem dixit Christum

ἐκτάσει τῶν χειρῶν σταυρὸν ἀποτελοῦντα. Καὶ πάλιν ἐρωτᾷ αὐτόν· „διὰ τί οὐ „σέβῃ καὶ προσκυνεῖς τὴν ἁγίαν θεοτόκον"; ὁ δέ φησιν ἀνάθεμα τὸν μὴ προσκυνοῦντα τὴν παναγίαν θεοτόκον, ἐν ᾗ εἰσῆλθεν 1) *ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὴν μητέρα πάντων ἡμῶν· ἔλεγε δὲ ταύτην εἶναι τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός. Καὶ πάλιν πρὸς αὐτόν φησι ὁ Πατριάρχης· „διὰ τί οὐ μεταλαμβάνεις τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος „τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ ἀτιμάζεις αὐτό"; ὁ δὲ Θυμόθεος λέγει ἀνάθεμα τὸν μὴ μεταλαμβάνοντα ἢ ἀτιμάζοντα τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἔλεγε δὲ τὰ ῥήματα αὐτοῦ. Πάλιν δὲ περὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἐρωτηθεὶς, ὡσαύτως* 2) *ἔλεγεν, Ἐκκλησίαν καθολικὴν τὰ συνέδρια τῶν Μανιχαίων ἀποκαλῶν. Καὶ περὶ τοῦ βαπτίσματος ὁμοίως· ἔλεγε* 3)*, τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ὑπάρχειν τὸ βάπτισμα, καὶ οὐκ ἄλλο, διότι γέγραπται· ἐγώ εἰμι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν* a)*. Καὶ οὕτως πάντα διαστρέψας ὁ Θυμόθεος, καὶ καθ᾿ ἕκαστον ἀναθεματίσας, ὡς ἀναίτιος κακοῦ ἐνομίσθη, καὶ λαβὼν παρὰ τοῦ βασιλέως σιγίλλιον, ἦλθε πάλιν εἰς Ἐπίσπαριν, καὶ συνάξας πάντας τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, φεύγει σὺν αὐτοῖς, καὶ κατῆλθεν εἰς τὴν θεόληστον* 4) *Μανάναλιν, ἐξ ἧς ἀνεδείχθη ὁ προῤῥηθεὶς Κωνσταντῖνος. Εἶτα ἐκεῖσε χρόνους ἱκανοὺς ἐπιμείνας, καὶ εἰς ἄκρον μανίας ἐλάσας, καὶ θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλίψιν ἀποστολὴν δι᾿ Ἀγγέλων πονηρῶν δεξάμενος, θεόπληκτος γενόμενος, ὑπὸ τοῦ βου-*

***Photius** lib. I. p.* **79—84.**

1) Photius I, p. 80 ἐξῆλθεν καὶ εἰςῆλθεν. 2) R. ὡς αὐτός. 3) R. ὁμοίως ἔλεγε, fortasse legendum ὁμοίως· ἔλεγε δέ. 4) R. θεόλεστον. θεόληστος, quod alibi non legitur, est Dei oblitus, cf. εὐεπίληστος.

a) Respicitur Jo. 4, 10 ss.

manibus expansis crucem efformantem. Et rursum interrogat eum: *cur non veneraris et adoras sanctam deiparam?* **ille autem dicit anathema eum, qui sanctissimam deiparam non adoret, in quam introivit dominus noster Jesus Christus, omnium nostrum matrem: hanc autem dixit esse Hierusalem supernam, in quam praecursor pro nobis ingressus est Christus. Et rursus ad eum loquitur Patriarcha:** *Quidni percipis immaculatum corpus et pretiosum sanguinem domini nostri Jesu Christi, sed vilipendis?* **Thymotheus autem dicit anathema eum, qui non percipiat, aut vilipendat corpus et sanguinem domini nostri Jesu Christi: intellexit autem verba ejus. Rursus de sancta catholica et apostolica Ecclesia interrogatus, similiter respondit, quum Ecclesiam catholicam conciliabula Manichaeorum appellaret. Et de baptismate pariter: affirmavit, dominum Jesum Christum esse baptisma, neque aliud, quum scriptum sit: ego sum aqua vivens. Atque in hunc modum quum omnia perverteret Thymotheus, et in omnibus anathema adderet, pro insonte mali habitus est, et acceptis ab Imperatore literis Episparim reversus est, coëgit omnes suos discipulos, fugit cum ipsis, et pervenit Mananalim Dei oblitam, ex qua prodierat Constantinus, de quo supra diximus. Ibi multos annos versatus, et ad summum insaniae culmen evectus, et furore et rabie et angore tanquam missione per pravos Angelos acceptis, a Deo percussus, hu-**

βῶνος τὸν βίον κατέστρεψεν, ἐν ὅλοις τριάκοντα ἔτεσι καὶ αὐτὸς τῆς ἀσεβείας γενόμενος προστάτης. Οὗτος ἔσχεν υἱὸν, τοὔνομα Ζαχαρίαν, καὶ μίσθιον αἶγας νέμοντα, ὅν ποτε ἐπὶ τῆς ὁδοῦ εὗρε κείμενον ἐσπαργανωμένον, διὰ τὸ ἐκ παρανόμου καὶ μεμιαμμένης προελθεῖν κοίτης· οἶδε [1]) γὰρ πόρνη τῆς κοιλίας αὐτῆς τὰ ἔγγονα ἐν ὁδῷ ῥίπτειν, δειδιῶσα [2]) τὸ πταῖσμα.

Ἀποθανόντος τοίνυν Γεγνεσίου ἐσχίσθησαν οἱ τούτου μαθηταὶ, καὶ οἱ μὲν προσεῤῥύησαν Ζαχαρίᾳ, οἱ δὲ Ἰωσὴφ τῷ νόθῳ προσέδραμον, οὕτως γὰρ ὠνομάζετο. Στάσεως οὖν πολλῆς γενομένης μεταξὺ ἀμφοτέρων, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν πρὸ
R. 52. *αὐτῶν, καὶ θατέρου ἑαυτὸν ψηφιζομένου [3]) τὴν χάριν εἰληφέναι τοῦ Πνεύματος, τὴν ἐνέργειαν μᾶλλον τοῦ ἀκαθάρτου ἐδέξαντο Πνεύματος. Εἶτα θυμωθεὶς Ζαχαρίας, ὡς τῆς πατρῴας κληρουχίας ἐκπίπτειν μέλλων, λίθῳ πατάξας Ἰωσὴφ τὸν Ἀφρόνητον [4]), παρ' ὀλίγον ἀνεῖλεν. Μετὰ δέ τινα χρόνον λαβόντες ἑκάτεροι τοὺς οἰκείους μαθητὰς, ἠθέλησαν λαθραίως ἀποδρᾶσαι τοῦ τόπου. Καὶ δὴ μικρὸν ἀποστάντες τῆς κώμης, ὑποπτευθέντες ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Ῥωμανίαν ἐξέρχεσθαι. Καὶ ὑπ' αὐτῶν ἀνερευνωμένων ὁ μὲν Ζαχαρίας, ὡς εἶδε τὴν τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπιδρομὴν, τοὺς οἰκείους ἐάσας μαθητὰς, μόνος ἐξέφυγεν· οὕσπερ φθάσαντες οἱ Ἀγαρηνοὶ ξίφεσιν ἀπέκτειναν. Διὸ ὠνειδίσθη ὁ Ζαχαρίας παρὰ τῶν ἄλλων ὡς μισθωτὸς, καὶ οὐκ ὢν ποιμήν. Ἰωσὴφ δὲ, ὁ καὶ Ἀφρόνητος, γνοὺς τοῦτο, τὰς ἁμάξας ἐνστρέφει ὡς πρὸς Συρίαν, καὶ ἐξελθόντων [5]) τῶν Σα-*

Photius lib. I. p. 85—88.

1) Legendum videtur *εἴωθε*. 2) R. *δεδειῶσαι*. 3) R. *θάτερος ἑαυτὸν ψηφιζόμενος*. Legendum fortasse: *θατέρου καὶ θατέρου ἑαυτὸν ψηφιζομένου*. 4) Ita pro Epaphrodito eum vocat. 5) Legendum videtur *ἐπελθόντων*.

bone vitam finivit, quum triginta annos integros ipse impietatis dux fuisset. Fuit illi filius, Zacharias nomine, et mercenarius capras pascens, quem forte in via invenerat jacentem fasciis involutum, quum ex concubitu legibus vetito et polluto prodiisset: solet enim meretrix foetus suos in viam projicere, quum jacturam timeat.

Mortuo igitur Gegnaesio inter se divisi sunt ejus discipuli, et alii confluxerunt ad Zachariam, alii autem ad Josephum spurium accurrerunt, sic enim vocabatur. Dissensione igitur gravi exorta inter eos, qualis inter eorum majores etiam fuerat, et utroque asseverante, se Spiritus gratiam accepisse, efficientiam potius impuri Spiritus susceperunt. Itaque iratus Zacharias, quod in eo erat, ut paterna haereditate excideret, lapide feriit Josephum Aphronetum, et parum abfuit, quin necaret. Interjecto aliquo tempore collectis uterque discipulis constituit clam loco excedere. Et quum jam paululum discessissent a vico, Agareni suspicati sunt, eos in Romaniam exituros esse. Et ab iis quum investigati essent, Zacharias ut Agarenos irruentes vidit, relictis discipulis solus aufugit: quos assecuti Agareni gladiis occiderunt. Quare conviciis consectati sunt Zachariam alii, ut mercenarium, non pastorem. Josephus vero, qui et Aphronetus, quum haec comperiret, currus convertit Syriam versus, et irruentibus Sarace-

ρακηνῶν φησὶ πρὸς αὐτούς, ὡς ἐπὶ γαλουργίᾳ καὶ βουκολίᾳ ἐξεληλυθέναι. Οἱ δὲ Ἀγαρηνοί, ταύτῃ τῇ ἀπολογίᾳ πληροφορηθέντες, ἐάσαντες αὐτοὺς ἀθίκτους [1]), ἀπεχώρησαν. Εὐκαίρου δὲ ὥρας ἐπιτυχὼν Ἰωσὴφ ὁ Ἀφρόνητος, μετὰ πάντων διαδρὰς, τοῦ τόπου ἐξέφυγε, καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πολλάκις μνημονευθεῖσαν κώμην Ἐπίσπαριν, ἀσμένως παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων ἀπεδέχθη· πάντες γὰρ λαμπάδας ἀνάψαντες ἐν μεγάλῃ τιμῇ τὸν πολλῆς ἀτιμίας ἄξιον, ὡς ἅτε δὴ μαθητὴν Χριστοῦ, ὑποδέχονται. Γνοὺς δὲ τοῦτο θεοφιλής τις ἀνὴρ τῶν ἐκεῖσε ἀρχόντων, Κρικοράχης λεγόμενος, μετὰ πλείστων στρατιωτῶν τὴν οἰκίαν ἐκύκλωσεν, ἐν ᾗ κατέλυσεν ὁ μαθητὴς τοῦ Μάνεντος· καὶ τοὺς μὲν μαθητὰς αὐτοῦ συνέσχεν, αὐτὸς δὲ διαδρὰς, φυγὰς ᾤχετο πρὸς τὴν Φρυγίαν, καὶ ἀπελθὼν κατῴκησεν εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας. Ἐν ἔτεσι δὲ τριάκοντα καὶ αὐτὸς ἐπαγωνισάμενος τῇ κακίᾳ, ἔλεγε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, 'μαθητὴς εἶναι Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ὁ Ἐπαφρόδιτος, καὶ παρ' αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς ἀπεστάλθαι· ἐγὼ δὲ αὐτὸν εἰκότως καλέσω Ἀφρόνητον, λίαν γὰρ ὑπῆρχε καὶ γραμμάτων [2]) καὶ φρονήσεως ἄμοιρος. Πολλούς τε τῇ πονηρᾷ κακουργίᾳ ὑπευθύνους ποιήσας τῆς αἰωνίου κολάσεως, κατέστρεψε καὶ αὐτὸς ἐκεῖσε τὸν βίον εἰς τόπον λεγόμενον Χορτοκοπεῖον.

Τούτου ἔτι ὑπάρχοντος μαθήτρια τούτου εἰς Ἀρμενίαν γυνή τις [3]) ἐκ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν μοιχευθεῖσα, ἔσχεν υἱὸν, ὡς φασίν, ἐξ Ἑβραίων, τὸν ἐπὶ κακίᾳ πε- R. 54.
ριβόητον ῥυπαρὸν Βαάνην. Οὗτος οὖν ὁ Βαάνης διαδέχεται τὸν Ἀφρόνητον, καὶ

Photius lib. I, p. 89—95.

1) Apud Raderum legitur *ἀδικήτους*, quod *ἅπαξ λεγόμενον* est. In nova Parisiensi Stephani editione Hase v. d. loco nostro laudato *ἀδικήτους* esse vult, qui nulla afficiantur poena: sed ii potius essent *ἀναδίκητοι*. Raderi versio, quae ex ipso Codice ms. confecta esse videtur, habet *intactos*, itaque conjicio, ibi scriptum fuisse *ἀθίκτους*.
2) R. *γραμμάτου*. 3) Legendum fortasse: *μαθήτρια ταυτοειδής, Ἀρμενία γυνή τις.*

nis dixit, se ad caseos conficiendos et ad armenta pascenda exiisse: Agareni autem huic excusationi fidem adhibentes, eos illaesos reliquerunt et abierunt. Opportunum autem tempus quum nactus esset Josephus Aphronetus, cum omnibus evasit, et ex illo loco aufugit, et quum veniret Episparim, vicum saepius memoratum, libenter ab incolis est exceptus: omnes enim lampadibus accensis magno honore illum magna infamia dignum, tanquam Christi discipulum, susceperunt. Quo comperto pius quidam vir ex iis qui ibi in magistratu erant, Cricoraches nomine, plurimis militibus domum cingit, in quam deverterat Manis discipulus: atque discipulos quidem ejus cepit, ipse autem evasit, et fugitivus abiit in Phrygiam, sedemque fixit Antiochiae Pisidiae. Triginta annos quum pro haeresi decertaret, discipulis suis affirmabat, se discipulum esse Pauli Apostoli Epaphroditum, atque ab illo ad ipsos missum: ego vero jure illum dixerim Aphronetum, valde enim erat literarum et intelligentiae expers. Postquam multos prava arte reos fecerat aeterni supplicii, vitam et ipse finivit ibi in loco, cui nomen est Chortocopium.

Quo adhuc superstite mulier quaedam Armenia ejus discipula ab ipsius discipulis adulterata, filium habuit, ut dicunt, ex Hebraeis, illum nequitia celebrem, sordidum Baanem. Hic igitur Baanes succedit Aphroneto, et

τὴν αἵρεσιν σῶαν, ἣν παρείληφε παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ, τὴν πάσης ἀκαθαρσίας πλήρη, κατέχων, καὶ πολλοὺς τῶν ἀφρόνων εἰς τελείαν ἀπώλειαν ἄγων, γίνεται καὶ αὐτὸς τῆς κακίας διδάσκαλος.

Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον καὶ ἕτερός τις ἀναδείκνυται τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος ἐκ τῶν μερῶν Ταβίας τῆς πόλεως. Ἔστι γὰρ ἐκεῖσε πλησιάζουσα κώμη Ἀννία καλουμένη, ἐν ᾗ κατῴκει ἀνήρ τις, Δρύϊνος ὀνομαζόμενος. Οὗτος ἔσχεν υἱὸν, Σέργιον καλούμενον, τὸν τοῦ Διαβόλου ὑπέρμαχον, Σέργιον, τὸν πολλοὺς ἐκ προβάτων λύκους ποιήσαντα, καὶ δι' αὐτῶν σκορπίσαντα τὰς τοῦ Χριστοῦ ἀγέλας, Σέργιον, τὸν δεινὸν προβατόσχημον λύκον, τὸν ἀρετὰς δολίως ὑποκριθέντα, κἀντεῦθεν πολλοὺς ἐξαπατήσαντα, Σέργιον, τὸν ἐχθρὸν τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, τὸ τῆς ἀθεότητος στόμα, τὸν τῆς θεομήτορος καὶ πάντων τῶν ἁγίων ὑβριστὴν, Σέργιον, τὸν ἀντίμαχον τῶν τοῦ Χριστοῦ Ἀποστόλων, τὸν τοὺς Προφήτας μισήσαντα, καὶ τὰς θείας γραφὰς ἀποστραφέντα καὶ πρὸς μύθους καὶ ψεύδη ἐκτραπέντα, Σέργιον, τὸν τοῦ Χριστοῦ μισητὴν, τὸν τῆς Ἐκκλησίας πολέμιον, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσαντα, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενον, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσαντα, Σέργιον, τὸν ἑαυτὸν Παράκλητον λέγοντα, Τυχικόν τε ἑαυτὸν καλέσαντα, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων μαθητῶν ὡς Πνεῦμα ἅγιον προσκυνούμενον, Σέργιον, τὸν τοῦ σκότους προσφιλῆ, τὸν ἑαυτὸν λυχνοφανῆ ἀστέρα λέγοντα· καὶ τί ἔτι λέγω, καὶ οὐ συμπεραίνω ταχέως; οἶμαι γὰρ, ὅτι οὐδ' ὁ πᾶς αἰὼν τὴν αὐτοῦ κακίαν ἐπαξίως τῷ λέγοντι ἐπαρκέσοι. Οὗτος τοίνυν ὁ Σέργιος, ἔτι νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν, προσομιλεῖ τινὶ γυναικὶ οὔσῃ ἐκ Μανιχαίων· καὶ ἐξ αὐτῆς ἀπατηθεὶς, γίνεται πρόδρομος τοῦ Ἀντιχρίστου. Ἔδει γὰρ τοὺς

Photius lib. I, p. 95—99.

haeresim integram, quam a majoribus acceperat omni impuritate plenam, retinens, multosque imprudentes ad extremum exitium ducens, fit et ipse impietatis magister.

Non multo post alter etiam prodiit veritatis adversarius ex regione Tabiae civitati vicina. Adjacet enim ibi vicus Annia dictus, in quo habitavit vir quidam, Dryinus nomine. Cujus filius fuit Sergius, ille Diaboli propugnator, Sergius, qui multos ex ovibus lupos fecit, et per eos Christi ovilia dissipavit, Sergius, immanis ille lupus pelle ovilla tectus, qui virtutibus fraudulenter simulatis multos decepit, Sergius, inimicus crucis Christi, os impietatis, in deiparam et omnes sanctos contumeliosus, Sergius, Christi Apostolorum adversarius, Prophetarum osor, qui a divinis literis aversus ad fabulas et mendacia delapsus est, Sergius, Christi osor, Ecclesiae hostis, qui filium Dei conculcavit, sanguinem foederis vulgarem duxit, et Spiritui gratiae contumeliam fecit, Sergius, qui se Paracletum esse dixit, et Tychicum se appellavit, atque a suis discipulis ut Spiritus sanctus adoratus est, Sergius, tenebrarum amicus, qui se ipse lucidam stellam dixit: et quid plura dico, neque statim finem facio? credo enim, ne omnem quidem aetatem ei sufficere, qui ejus impietatem digne enarrare vellet. Hic igitur Sergius, juvenili adhuc aetate, consuetudinem jungit cum foemina quadam Manichaea: et ab illa in errorem abductus, fit praecursor Antichristi. Par enim

τῆς ἐχθίστου αἱρέσεως διδασκάλους, τοὺς μὲν ἐκ Σαρακηνῶν κατάγεσθαι, τοὺς δὲ ἐξ οἰκετῶν ὑπάρχειν, τοὺς ἄλλους ἐκ πορνείας γεγενῆσθαι, καὶ ἑτέρους ἐκ γυναικῶν παρειληφέναι τὴν πλάνην. Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν εἰς μάτην κατηγορεῖν αὐτοῦ, τὰ περὶ αὐτοῦ μερικῶς διηγησόμεθα. Καὶ πρῶτον μὲν εἴπωμεν, πῶς ὁ ἄθλιος εἰς ταύτην ἐξετράπη τὴν αἵρεσιν· εἶθ' οὕτως ἐκ τῶν οἰκείων αὐτοῦ λογίων παραστήσομεν, ὁποῖός τίς ἐστι, μᾶλλον δὲ ἦν ὁ πανάθλιος. R. 56.

Οὗτος τοίνυν, ἔτι νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν, συνέβη ἐν συντυχίᾳ ἐλθεῖν ἀσέμνου τινὸς γυναικὸς, οὔσης ἐκ Μανιχαϊκῆς, ὡς εἴρηται, αἱρέσεως. Ἡ δὲ τοῦ Διαβόλου μαθήτρια, πανοῦργος ὑπάρχουσα καὶ ὕπουλος, λέγει αὐτῷ· „ἀκούω περὶ „σοῦ, κύριε Σέργιε, ὅτι ἐν ἐπιστήμῃ γραμμάτων καὶ παιδεύσεως πέλεις [1]), καὶ „ἀγαθὸς κατὰ πάντα ὑπάρχεις ἄνθρωπος· εἰπὲ οὖν μοι, ἵνα τί τὰ θεῖα οὐκ ἀνα„γινώσκεις Εὐαγγέλια;“ Ὁ δὲ τοῖς λόγοις αὐτῆς κεπφωθεὶς, μὴ γινώσκων μάλιστα τὸν ἐγκεκρυμμένον τῆς κακίας ἰὸν ἐν αὐτῇ, λέγει· „οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν κοσμικοῖς „οὖσιν ταῦτα ἀναγινώσκειν, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις.“ Ἡ δέ φησι πρὸς αὐτόν „οὐκ ἔστιν οὕτως, ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις· οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ „Θεῷ· πάντας γὰρ θέλει σωθῆναι ὁ Κύριος, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. „Ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ ἱερεῖς ὑμῶν καπηλεύονται τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ τὰ ἐν Εὐαγ„γελίοις μυστήρια ἀποκρύβουσι, διὰ τοῦτο οὐκ ἀναγινώσκουσιν εἰς ὑπήκοον [2]) ὑμῶν „τὰ ἐν αὐτοῖς γεγραμμένα ἅπαντα, ἀλλὰ τὰ μὲν, ναί· τὰ δὲ, οὔ· ὅπως μὴ ἔλθητε „εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Γέγραπται γὰρ ἐν αὐτοῖς, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τινὲς

Photius lib. I, p. 99.—102.

1) Legendum videtur *τέλειος*. 2) R. *ὑπήκοουν*. Wolfius anecd. I, 101. conjicit *ἐπήκοον*. cf. autem infra R. p. 68. *εἰς ὑπήκοον πάντων*.

fuit, invisissimae haeresis magistros vel ex Saracenis genus ducere, vel ex servis oriundos, vel ex stupro natos esse, alios a mulieribus accepisse errorem. Ne autem videamur immerito illum accusare, res ejus sigillatim enarrabimus. Et primum quidem exponemus, qua ratione miser in hanc haeresin lapsus sit: deinde ex ejus ipsius sermonibus ostendemus, qualis sit, aut potius qualis fuerit ille miserrimus.

Huic igitur, quum juvenis adhuc esset, accidit, ut in familiaritatem veniret mulieris cujusdam inhonestae, ut jam diximus, haeresi Manichaeorum addictae. Illa vero Diaboli discipula, ut callida erat ac subdola, sic eum est allocuta: *audio, domine Sergi, te literarum scientia et eruditionis perfectum esse, et usquequaque bonum virum: dic ergo mihi, cur non legis divina Evangelia?* Qui illius verbis illectus, neque potius sentiens impietatis venenum, quod in illa latebat, *nobis*, inquit, *profanis non licet haec legere, sed solis sacerdotibus.* At illa respondit: *non est ita, ut putas: neque enim personarum acceptio est apud Deum: omnes siquidem vult salvos fieri Dominus, et ad agnitionem veritatis venire. Sed quoniam sacerdotes vestri adulterant verbum Dei, et mysteria, quae in Evangeliis continentur, occultant, propterea non legunt vobis audientibus omnia, quae in iis scripta sunt, sed quaedam legunt, quaedam omittunt, ne perveniatis ad agnitionem veritatis. Scriptum enim in illis est, illa die aliquos dicturos*

„ἐροῦσι· Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ δυνάμεις πολ„λὰς ἐποιήσαμεν; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς· ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, „οὐκ οἶδα ὑμᾶς [a]*). Ἐρεύνησον καὶ ἴδε, οὐ γέγραπται οὕτως; καὶ τίνες εἰσὶν οὗτοι, „πρὸς οὓς ὁ Κύριος λέξει, οὐκ οἶδα ὑμᾶς“; Ὁ δὲ, ἀλογώτατος καὶ* [1]*) ἀμαθὴς ὤν, ἐξαπορηθεὶς ἐσιώπα. Ἔστι δὲ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ οὕτως νοῆσαι· εἰσί τινες μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας, οἵτινες τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν κατέχουσι, καὶ δοκοῦσιν εὐσεβῶς ζῆν, διὰ δὲ τῆς ἐπῳδῆς οἴδασι πολλάκις καὶ δαίμονας φυγαδεύειν, καὶ νοσήματα καὶ πάθη θεραπεύειν, καθάπερ πάλαι οἱ τοῦ Σκευᾶ υἱοὶ ἢ* [2]*) οἱ λεγόμενοι ἐξορκισταὶ, ὡς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων γέγραπται, ὅτι ἐξορκίζοντες τοὺς δαιμονιζομένους ἔλεγον· „ἐξορκίζομεν ὑμᾶς τὸν Χριστὸν, ὃν „Παῦλος κηρύττει, ἐξέλθετε ἐκ τῶν ἀνθρώπων* [b]*)“· οἱ δὲ δαίμονες τῷ φόβῳ τῆς ὀνομασίας Χριστοῦ ἐφυγαδεύοντο. Οὕτως καὶ νῦν τινὲς ποιοῦσι καὶ ἀγνοοῦσιν, ὅτι διὰ τῆς ἐπῳδῆς ἐκπίπτουσι τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. Οἵδε κράξονται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγοντες· „Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν,*
R. 58. *„καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν“; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Κύριος ἐρεῖ αὐτοῖς· „ἀμὴν, „ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.“ Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι, οἵτινες μοναδικὸν βίον καὶ ἀνεπίληπτον ἀνελάβοντο μὲν, ἐνέπεσον δὲ ἐξ ἀγνοίας καὶ ἀμαθείας εἰς αἱρέσεις, καὶ διὰ τοῦτο τῆς τῶν οὐρανῶν* [3]*) οὐκ ἐπιτεύξονται βασιλείας. Ἵνα δὲ μηδὲν αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ χρεωστῆται, λαμβάνουσιν ἐνταῦθα χαρίσματα ἰαμάτων, ὅπως, ἡνίκα κεκράξωνται· „Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ*

Photius lib. I, p. **102.**

1) *καὶ* **deest apud R. 2)** *ἢ*, **quod non quadrat, exortum esse videtur ex nota numeri** *ζ'*. **3) Ms.** *ἀνθρώπων.*

a) Matth. 7, 22. 23. b) Act. 19, 13.

esse: Domine, Domine, nonne in nomine tuo daemonia ejecimus, et miracula multa patravimus? et respondens rex dicet illis: amen, amen, dico vobis, non novi vos. Scrutare et vide, nonne ita scriptum est? Et quinam sunt illi, quibus Dominus dicet: non novi vos? **Ille autem, quum stultissimus et rudis esset, dubius tacuit. Est autem evangelici dicti sententia ita intelligenda: sunt quidam et hodie, qui Christi Ecclesiam amplectantur, et pie vivere videantur, incantamentis autem saepe et daemones expellere sciant, et morbos et aegritudines curare, sicut olim Sceuae filii, qui dicebantur Exorcistae, atque, ut in actis Apostolorum scriptum est, adjurabant a daemonibus obsessos his verbis:** ***adjuramus vos per Christum, quem Paulus praedicat, exite ex hominibus:*** **daemones autem timore nominis Christi fugabantur. Ita nunc etiam aliqui agunt, ignorantes, ejusmodi incantationibus se salutis suae jacturam facere. Illi clamabunt illa die:** ***Domine, Domine, nonne tuo nomine daemonia ejecimus, et miracula multa patravimus?*** **et respondens Dominus dicet illis:** ***amen, amen, dico vobis, non novi vos.*** **Sunt autem et alii, qui vitam solitariam et integram in se susceperint, inciderint autem inscitia et ruditate in haereses, et propterea regnum caelorum non consecuturi sint. His ne quid illa die ab justo judice debeatur, accipiunt hac in vita dona sanationum, ut, quando clamabunt:** ***Domine, Domine, nonne***

„σῷ [1]) ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν“; ἀκούσωσιν· „ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε, „ἀπέλαβες τὰ σὰ ἐν τῇ ζωῇ σου, νῦν ἆρον τὸ σὸν καὶ ὕπαγε [a]).“ Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα ἀγνοῶν ὁ Σέργιος, ἐρευνᾷ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, καὶ εὑρὼν ἐγγεγραμμένους τοὺς λόγους, οὓς ἡ ἀθλία εἴρηκεν, λέγει αὐτῇ· „εἰπέ μοι, περὶ τί„νων ταῦτα ὁ Κύριος εἴρηκεν;“ Ἡ δὲ τέως ἀπόκρισιν οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ, ἀλλ' ἔτι προσθεῖσα λέγει· „περὶ τίνων εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ „δυσμῶν ἥξουσι καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακὼβ ἐν „τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος „τὸ ἐξώτερον [b]); Τίνες οὖν εἰσὶν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας“; Ὁ δὲ μὴ εἰδὼς εἰπεῖν, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ ἡ ἐπαγγελία [c]) καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς τοὺς Ἰσραηλίτας ὀνομάζει τέκνα, καθὼς αὐτὸς πρὸς τὴν Χαναναίαν φησίν· „οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων [d])“· ἐξεβλήθησαν δὲ, διότι ἐσταύρωσαν αὐτόν· ταῦτα οὖν ἀγνοῶν ὁ ἄθλιος Σέργιος, καὶ νομίσας τὴν μαινάδα ἐκείνην ὁδηγὸν εἶναι σωτηρίας, ἤρξατο ἐμπόνως ἐπερωτᾷν αὐτὴν περὶ τῶν ἤδη λεχθέντων. Ἡ δὲ τῆς ἀπωλείας ὁδηγὸς, ὡς τάφον ἀνεῳγμένον ἔχουσα τὸ στόμα, ἤρξατο τῆς κατὰ τῶν ἁγίων βλασφημίας λέγουσα· „υἱοὶ τῆς βασιλείας „οὗτοί εἰσιν οἱ ἅγιοί σου, οἱ τοὺς δαίμονας φυγαδεύοντες, καὶ τὰ πάθη θερα„πεύοντες τῶν ἀνθρώπων, οὓς σέβῃ ὡς Θεοὺς, ἐγκαταλείψας τὸν ζῶντα καὶ ἀθά„νατον Κύριον· οἳ καὶ ἀκούσονται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκ στόματος τοῦ δικαίου „κριτοῦ, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς.“ Καὶ οὕτως τὰ ἐν Εὐαγγελίοις γεγραμμένα

Photius lib. I, p. **103—105.**

1) σῷ deest apud R.

a) Sermo compositus ex locis Matth. 20, 13 et Luc. 16, 25. b) Matth. 8, 11. 12. c) cf. Rom. 9, 4. d) Matth. 15, 26.

tuo nomine miracula multa patravimus? audiant: *amice, non facio tibi injuriam, abstulisti tua in vita tua, nunc accipe tuum et discede.* Haec igitur et similia ignorans Sergius, quaerit in Evangeliis, et nactus illa verba scripta, quae infelix illa pronunciaverat, dicit illi: *expone mihi, de quibusnam haec Dominus dixerit.* Illa autem tunc responsum illi non dedit, sed perrexit dicere: *de quibusnam dixit illud Dominus: multi ab Oriente et Occidente venient et recumbent cum Abraamo, et Isaaco, et Jacobo in regno caelorum, filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores? Quinam sunt hi filii regni?* Ille vero quum dicere nesciret, hos Israelitas esse, quorum fuerat adoptio, et adoratio, et promissio: nam Christus ipse Israelitas filios vocat, sicut ipse Cananaeae dicit: *non est bonum sumere panem filiorum:* ejecti autem sunt, quia ipsum cruci affixerant: haec igitur quum nesciret infelix Sergius, et Maenadem illam salutis esse ducem crederet, sollicite coepit interrogare eam de illis, quae jam dicta sunt. Illa vero exitii dux, os habens sepulcro patenti simile, incepit a sanctorum maledictione dicens: *hi filii regni sunt sancti tui, qui daemones pellunt, et aegritudines sanant hominum, quos colis tanquam Deos, relicto vivente et immortali Domino: qui et audient illa die ex ore justi judicis: nunquam novi vos.* Eodemque modo quae in Evangeliis scripta sunt

διεξερχομένη, ἑκάστης λέξεως νόημα, ὡς ἐγίνωσκεν αὐτὸν χωρεῖν, διαστρεβλοῦσα κατὰ μικρὸν ἀπετέλεσεν αὐτὸν.[1] *ἐργαλεῖον τοῦ Διαβόλου, καὶ ὤξυνε δεινὸν κατὰ τῆς ἀνθρωπότητος καὶ αὔτη*[2] *βέλος, οἷον οὐ γέγονε πᾶσι τοῖς ἔμπροσθεν αὐτοῦ.*
R. 60. *Οἱ γὰρ πρὸ αὐτοῦ ἀναφανέντες, εἰ καὶ διὰ τὸν δυσώδη βόρβορον τῆς ἀκολασίας καὶ τὴν αἰσχρουργίαν τῶν μιασμάτων καὶ τὰς εἰς Θεὸν βλασφημίας ἐξαίρετοι τῇ κακίᾳ ὑπῆρχον, ἀλλ' ὅμως φευκταῖοι τοῖς ἀνθρώποις καὶ βδελυκτοὶ πᾶσιν ἐφαίνοντο· ὅθεν καὶ ὀλίγοι οἱ ἐξ αὐτῶν ἀπατώμενοι· οὗτος δὲ τοὺς μὲν μιασμοὺς καὶ τὰς πολλὰς ἀκολασίας αὐτῶν ἀποβαλόμενος, τὰς δυσφημίας δὲ πάσας ὡς σωτήρια περιπτυξάμενος δόγματα, ἀρετάς τινας δολίως ὑπεκρίνετο, καὶ εὐσεβείας μόρφωσιν περικαλύψας τὸν λύκον, ὡς ἐν κωδίῳ προβάτου, τὴν δὲ δύναμιν τῆς εὐσέβειας ἀρνησάμενος, ἐδόκει τοῖς ἀγνοοῦσιν ἄριστος ὁδηγὸς σωτηρίας καταφαίνεσθαι. Μιμεῖται γὰρ τὴν ἀρετὴν ἡ κακία, καθὰ*[3] *τὸ ζιζάνιον βιάζεται σῖτος νομισθῆναι. Ἐν τοιαύταις τοίνυν ταῖς μεθοδείαις*[4] *μέχρι τῆς δεῦρο τοὺς ἀστηρίκτους ἐξαπατῶσιν· ἀλλὰ ῥυσθείημεν τῆς κακοτέχνου αὐτῶν μηχανουργίας ἅπαντες εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς πανάγνου καὶ ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων! Καὶ γάρ, ἕως ἂν εἰς τελείαν ἀπώλειαν τοὺς ἀθλίους ἄξωσιν, οὐκ ἐξαγορεύουσιν αὐτοῖς τὸ μέγα αὐτῶν μυστήριον, ὅπερ ἐστιν ἄρνησις Θεοῦ.*

Ὁ δὲ ὑπέρμαχος τοῦ Διαβόλου Σέργιος, διδαχθεὶς παρὰ τῆς ὀλεθρίου γυναικὸς τὴν αἵρεσιν, καὶ νομίσας, πάντας ἀνθρώπους τοὺς τὴν εἰλικρινῆ καὶ ἀμώμη-

Photius lib. I, p. **105—109.**

1) R. *αὐτῶν.* 2) Pro *καὶ αὔτη* scripserim *καταῦθι.* 3) R. *κατά.* 4) R. *μεθοδίαις.*

percurrens, cujusque vocis sensum, prout illum capere videbat, depravans, brevi eum perfectum reddidit Diaboli instrumentum, et exacuit tunc dirum contra humanum genus telum, quale non fuerat omnibus anterioribus hominibus. Qui enim ante eum prodierunt, tametsi propter coenum effrenatae licentiae graveolens, turpitudinemque flagitiorum, et blasphemias in Deum insignes impietate fuerunt, tamen fugiendi hominibus et abominandi omnibus visi sunt: quo factum est, ut pauci ab iis in errorem pertraherentur: hic vero istis flagitiis et multis libidinibus rejectis, doctrinam eorum foedam velut salubria dogmata amplexus, virtutes nonnullas fraudulenter simulavit, pietatisque specie lupum tegens velut ovina pelle, pietatis autem virtutem abnegans, videbatur inscientibus optimus salutis dux exoriri. Imitatur enim virtutem improbitas, sicuti lolium tritici nomine potitur. Talibus igitur artibus hucusque eos, qui non satis confirmati sunt, fallunt: sed eruamur ex mala eorum fraude omnes precibus et intercessionibus purissimae ac sanctissimae dominae nostrae, proprie et vere deiparae et semper virginis Mariae, et omnium sanctorum! Nam priusquam ad extremam perniciem miseros pertraxerint, non notum faciunt iis magnum suum mysterium, quod est Dei abnegatio.

Sergius autem, propugnator Diaboli, edoctus ab exitiosa muliere haeresin, quum putaret, omnes homines, qui sinceram et illibatam et piam no-

*τερον ἡμῶν τῶν ὄντως Χριστιανῶν κατέχοντας καὶ εὐσεβῆ πίστιν ἐν ἀπωλείᾳ κεῖσθαι, διεγείρεται ζήλῳ σατανικῷ, καὶ γίνεται νέος κῆρυξ τῆς πλάνης, ἑαυτόν τε ἐπονομάσας Τυχικὸν τὸν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐμφερόμενον τοῦ Ἀποστόλου Παύλου, τοῖς πᾶσιν ἔλεγεν εἶναι μαθητὴς τοῦ Ἀποστόλου, καὶ παρ' αὐτοῦ ἀπεστάλθαι κηρύσσειν, οὐ λόγον Θεοῦ, ἀλλὰ πλάνην ὀλεθρίαν. Οὗτος περιελθὼν τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς χώρας ἀόκνως, ἐν αἷς ὁ Ἀπόστολος πρὸ ὀκτακοσίων ἐτῶν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ἐκήρυξε, πολλοὺς ἀπέστησε τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῷ Διαβόλῳ προσήγαγεν, ὡς αὐτὸς ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ λέγει· „ἀπὸ ἀνατο„λῶν καὶ μέχρι δυσμῶν, καὶ βοῤῥᾶ, καὶ νότου ἔδραμον, κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον „τοῦ Χριστοῦ, τοῖς ἐμοῖς γόνασι βαρήσας [1])." Ἐν ὅλοις γὰρ τριακοντατέσσαρσι χρόνοις ἐπικρατήσας ἀπὸ Εἰρήνης τῆς Αὐγούστης μέχρι Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, συνεστήσατο τὴν νῦν παροῦσαν [2]) ἀποστασίαν, ἣν προέφη Θεσσαλονικεῦσι Παῦλος ὁ Ἀπόστολος [a]). Δι' ἧς ἐλυμήνατο πλεῖστον μέρος τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας· R. 62.
τοὺς μὲν γὰρ ἠλλοτρίωσε τῆς προσκαίρου ζωῆς, τῶν ἰδίων στερήσας, καὶ πρὸ καιροῦ θανατώσας· τοὺς δὲ καὶ τῆς αἰωνίου ἐξακολουθήσαντας αὐτοῦ ταῖς βδελυρίαις ἀπεξένωσε· πολλοὺς ὁμοζύγους διαζεύξας, τὰς κοίτας αὐτῶν διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐμίανεν· πολλὰ βρέφη τῶν μητρικῶν ἀποσπάσας μαζῶν διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, τὰ μὲν ἐθανάτωσε, τὰ δὲ τῶν γονέων στερήσας, καὶ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ἀλλοτριώσας τοῦ τῷ ἰδίῳ αἵματι πάντας ἐλευθερώσαντος, Ἀγαρηνοῖς ἀπεμπόλησε· πολλοὺς εὐειδεῖς νεανίσκους καὶ νεάνιδας μονογενεῖς γονέων ἀποχωρήσας,*

Photius lib. I, p. **100—113.**

1) **Legendum fortasse** *βαρέως.* 2) **R.** *προοῦσαν.*

a) cf. 2 Thess. 2, 3.

stram, genuinorum Christianorum, fidem tenerent, in pernicie versari; zelo satanico exsurgit, novus praeco fit erroris, cognomine assumto Tychici, qui in epistolis Apostoli Pauli celebratur, omnibusque dixit, se esse discipulum Apostoli, atque ab eo missum ad praedicandum, non verbum Dei, sed haeresin perniciosam. Hic pervagatus civitates omnes et regiones impigre, in quibus Apostolus octingentis annis ante verbum veritatis promulgaverat, multos ab orthodoxa fide avertit, et ad Diabolum adduxit, ut ipse in suarum epistolarum aliqua dicit: ***ab oriente usque ad occasum, et septentrionem et meridiem cucurri, nuncians Evangelium Christi, genibus meis labore molesto.*** **Triginta enim et quatuor annorum spatio, inde ab Irena Augusta usque ad Theophilum Imperatorem invalescens, conflavit illam, quae etiamnum obtinet, defectionem, quam Paulus Apostolus Thessalonicensibus praedixerat. Qua magnam Christi Ecclesiae partem vastavit: alios enim hac terrestri vita privavit, quum facultatibus eos exueret, et ante diem perimeret: alios autem, qui turpitudines ejus sequebantur, ab aeterna etiam vita abalienavit: multos conjuges disjunxit, eorumque thoros per suos discipulos inquinavit: multos infantes a matrum uberibus per suos discipulos abripuit, partem occidit, partem parentibus orbatos, et a Deo vivo alienatos, qui suo sanguine omnes redemit, Agarenis vendidit: multos formosos adolescentes et puellas unigenitos a parentibus abduxit,**

εἰς δουλείαν βαρβάροις παρέδωκε· πολλοὺς ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς, συγγενεῖς τε καὶ φίλους ἀλλήλων διέστησε, καὶ τῶν ἰδίων ξενώσας, ἀλλοδαπῇ γῇ παρέπεμψεν, ὧν ὀδυρμὸς καὶ θρῆνος μέχρις οὐρανίων ἀψίδων ἀνῆκται· πολλοὺς μονάζοντας καὶ μοναζούσας Χριστῷ τὴν παρθενίαν ἀναθεμένους διὰ τῶν οἰκείων μαθητῶν διέφθειρε, καὶ τοῦ μονήρους ἀπαλλοτριώσας βίου, τοῦ Θεοῦ ἀπεξένωσε· πολλοὺς ἱερεῖς καὶ Λευΐτας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀποσπάσας, καὶ ἐκ προβάτων θῆρας ἀποτελέσας, ἀνθρωποβόρους εἰργάσατο· πολλοὺς ἐν δεσμοῖς καὶ φυλακαῖς θανατωθῆναι πεποίηκε, καὶ ἄλλους ἐκ πλουσίων εἰργάσατο πένητας. Καὶ ὁ τοσούτων κακῶν παραίτιος προσκυνεῖσθαι ἄρα [1]) ὀφείλει ὡς Παράκλητος· καὶ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ εὐχόμενοι λέγουσιν· „ἡ εὐχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος „ἐλεήσει ἡμᾶς.“

Ὁ δὲ φησιν· „ἐγὼ τῶν κακῶν τούτων ἀναίτιός εἰμι· πολλὰ γὰρ παρήγγελ„λον αὐτοῖς, ἐκ τοῦ αἰχμαλωτίζειν τοὺς Ῥωμαίους ἀποστῆναι, καὶ οὐχ ὑπήκου„σάν μοι.“ Καὶ πῶς ἀναίτιον σαυτὸν ποιεῖς; Εἰ γὰρ οὐχ ὑπήκουόν σοι, ἵνα τί ἀπειθεῖ συνηυδόκεις λαῷ, ὃν κυβερνῆσαι οὐκ ἴσχυες; Τί δὲ καὶ μέχρι θανάτου μετ' αὐτῶν συνδιέτριβες; Εἰ δὲ καὶ τὴν Χριστοῦ ὁδὸν ὁδεύειν αὐτοὺς ἐδίδασκες, ἵνα τί καὶ τοῦτο οὐκ ἐδίδασκες αὐτοὺς, ὅπερ ἔφη ὁ Κύριος· „ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς „ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην [a])“; Ἐλέγξω σε δ' οὖν ὅμως καὶ ἐκ τῶν σῶν οἰκείων ῥημάτων. Τοῖς γὰρ ἐν Κολωνείᾳ ἔγραφε τάδε· „τὸ δοκίμιον „ὑμῶν [2]) τῆς πίστεως προεγνωκότες, ὑπόμνησιν πρὸς ὑμᾶς ποιούμεθα, ὅτι ὥσπερ

Photius lib. I, *p.* 113. 114.

1) R. *ἆρα.* 2) R. *ἡμῶν*, sed latine vertit: *vestrae*. Apud Photium: *τὸ δόκιμον ὑμῶν.*

a) Matth. 10, 23.

et in servitutem barbaris tradidit: multos fratres et sorores, consanguineos et amicos inter se disjunxit, a suis abegit, et in remotas terras ablegavit, quorum gemitus et lamenta usque ad fornices coeli penetrarant: multos monachos et moniales, qui Christo virginitatem devoverant, per discipulos suos corrupit, et a monastica vita revocatos simul a Deo alienavit: multos sacerdotes et Levitas ab orthodoxa fide avulsit, ex ovibus in feras mutavit, et anthropophagos eos reddidit: multi ut in vinculis et custodiis morerentur effecit, et alios ex opulentis reddidit pauperes. Et tantorum malorum auctor adorari ergo debet ut Paracletus: nam discipuli in ejus nomine precantes dicunt: *intercessio Spiritus sancti miserebitur nostri.*

Ille autem dicit: *equidem horum malorum culpa vaco: saepe enim eos hortatus sum, ut a capiendis Romanis desisterent, neque vero mihi obtemperaverunt.* At qui insontem te facis? Si enim tibi non obtemperabant, cur populus non obediens tibi placuit, quem regere non posses? Cur usque ad mortem cum iis versatus es? Si autem in Christi via incedere eos docuisti, quidni hoc etiam eos docuisti, quod Dominus ait: *quum persequentur vos ex hac civitate, fugite in aliam?* Coarguam igitur te simul tuis ipsius verbis. Coloniensibus enim haec scripsit: *Probitatem fidei vestrae quum praeviderimus, vos monemus, quemad-*

„αἱ παρελθοῦσαι Ἐκκλησίαι ποιμένας καὶ διδασκάλους ἐδέξαντο“ (λέγει δὲ Κωνσταντῖνον καὶ τοὺς λοιποὺς), „οὕτω καὶ ὑμεῖς λαμπάδα φαεινὴν καὶ λυχνοφανῆ R. 64.
„ἀστέρα καὶ ὁδηγὸν σωτηρίας ἐδέξασθε κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἐὰν ὁ ὀφθαλ-„μός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται [a]).“ *Ὦ τρισάθλιε, καὶ πάσης ἀνομίας πεπληρωμένε, εἰ μαθητὴς Παύλου ὡς λέγεις ὑπάρχεις, ἵνα τί οὐ μιμῇ τὸν διδάσκαλον; Αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν πάντων περίψημα ἔλεγεν, ἔκτρωμα, καὶ ἐλάχιστον τῶν Ἀποστόλων· σὺ δὲ, τοσαῦτα δράσας κακὰ, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν κατορθώσας, ὑπὲρ τὸν Φαρισαῖον μεγαλαυχεῖς. Οὐκ ἀνέγνως τὸ φάσκον λόγιον, ὅτι „ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν οὐδέν ἐστιν, εἰ καὶ ἀληθῆ λέγει* [b])“; *Αὐτὸς δὲ ἐσκοτισμένος τὸν νοῦν καὶ τὰς φρένας ὑπάρχων δι᾽ ὅλου, πῶς ψευδῶς λυχνοφανῆ ἀστέρα σεαυτὸν καὶ λαμπάδα φαεινὴν καὶ ὁδηγὸν σωτηρίας ἔλεγες; Ὁ τοσαύτας ψυχὰς ἀπολέσας καὶ ὀφθαλμὸν τοῦ σώματος τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ἔκφρων καὶ ἐμβρόντητε, σὺ οὖν τυφλὸς ὑπάρχων, ἄθλιε, πῶς ἄλλοις ὁδηγὸς γέγονας σωτηρίας; Οὐκ ἀνέγνως, „ὅτι τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθρον ἐμπεσοῦνται* [c])“; *Ποίαν δέ σου ζηλώσουσιν ἀρετὴν, ὅτι κράζεις· „μιμηταί μου γίνε-„σθε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβετε παρ᾽ ἐμοῦ“; Ἰδοῦ τοίνυν, τῆς πίστεώς σου καὶ διδασκαλίας καρπὸς ἐβλάστησε μεγάλην ἀσέβειαν· οἱ γὰρ μαθηταί σου πρὸ τοῦ σε γνωρίσαι πρόβατα ὑπῆρχον, νῦν δὲ γνόντες σε, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ σοῦ, εἰς θῆρας μετεβλήθησαν ἀνθρωποβόρους.*

Καὶ μετ᾽ ὀλίγα φησίν· „μηδεὶς ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ταῦ-

Photius lib. I, p. 114. 115.

a) Matth. 6, 22. b) cf. 2 Cor. 10, 18. c) Matth. 15, 14.

modum Ecclesiae, quae praeterierint, pastores et magistros acceperint (dicit autem Constantinum et caeteros), *ita vos etiam lampadem splendidam et stellam lucidam et ducem salutis accepisse secundum id quod scriptum est: si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* O ter infelix, omnique scatens impietate, si Pauli discipulus es, ut dicis, quidni magistrum imitaris? Ille enim se omnium purgamentum dixit, abortum, et minimum Apostolorum: tu vero, qui tot mala perpetrasti, atque nihil boni perfecisti, ultra Pharisaeum gloriaris. Nonne legisti oraculum hocce: *qui se ipse commendat, nihil est, etiamsi vera dicat?* Tu vero, qui animo et ratione prorsus tenebricosus sis, quare temere lucidam stellam te ipsum et lampadem splendidam et ducem salutis appellasti? Qui tot animas perdidisti, ipsumque oculum corporis Ecclesiae Dei, amens et attonite, tu igitur quum caecus sis, miser, quomodo aliis dux salutis extitisti? Nonne legisti: *caecus caecum si duxerit, ambo in foveam incident?* Quamnam vero tuam virtutem aemulabuntur, quod clamas: *imitatores mei estote, et tenete traditiones, quas a me accepistis?* En nimirum, fidei tuae et doctrinae fructus magnam produxit impietatem: discipuli enim, priusquam te noscebant, oves erant, nunc autem postquam te noverunt, aut abs te potius cogniti sunt, in feras conversi sunt hominibus vescentes.

Et paucis interpositis dicit: *Nemo vos decipiat ullo modo, has au-*

„τας δὲ τὰς ἐπαγγελίας ἔχοντες ἐκ Θεοῦ, θαρσεῖτε· ἡμεῖς γὰρ πεπεισμένοι ὄντες „ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν γράφομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ θυρωρὸς, καὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, „καὶ ὁ ὁδηγὸς τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ λύχνος τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ ἐγώ „εἰμι, καὶ μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Εἰ „γὰρ καὶ τῷ σώματι ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι. Λοιπὸν χαίρετε, „καταρτίζεσθε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ᾽ ὑμῶν [a]*)!“ Ὦ ἐχθρὲ τῆς ἀληθείας, υἱὲ Διαβόλου, καὶ πάσης ῥαδιουργίας ἐργάτα, πῶς ἐτόλμησας τοιαῦτα ἀποφθέγγεσθαι, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ; Ὁ γὰρ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, καὶ τοῦ δοξάζοντος ἑαυτὸν ἡ δόξα οὐδέν ἐστι, καὶ ὁ βλασφημῶν δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἔχει ἄφεσιν, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· σὺ δὲ πάντων τούτων ὑπεύθυνος ὑπάρχεις.*

R. 66. *Καὶ πάλιν φησίν· „ἔτι δὲ λέγω· τὴν ἐν Κορίνθῳ Ἐκκλησίαν ᾠκοδόμησε „Παῦλος, τὴν δὲ Μακεδονίαν Σιλουανὸς καὶ Τῖτος“ (λέγει δὲ Μακεδονίαν τὸ συνέδριον τὸ εἰς Κίβοσσαν, καὶ Κωνσταντῖνον δὲ καὶ Σιμεῶνα Σιλουανὸν καὶ Τῖτον ἀποκαλεῖ)· „καὶ Ἀχαΐαν ἀνιστόρησε* [1]*) Τιμόθεος“ (λέγει δὲ τὴν Ἀχαΐαν τὴν Μανάναλιν, καὶ τὸν Γεγνέσιον Τιμόθεον ὀνομάζει, τὸν ὄντως Θυμόθεον)· „τὴν „τῶν Φιλιππησίων Ἐκκλησίαν ἐλειτούργησεν Ἐπαφρόδιτος“ (λέγει δὲ τὸν ἐκ πορνείας Ἰωσὴφ τὸν αἰπόλον, τὸν ὄντως Ἀφρόνητον, καὶ Φιλιππησίους* [2]*) ὀνομάζει τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ)· „τὴν Λαοδικέων καὶ Ἐφεσίων Ἐκκλησίαν, ἔτι δὲ καὶ τὴν „τῶν Κολασσέων ἐμαθήτευσε Τυχικός“ (καὶ Κολασσαεῖς μὲν λέγει τοὺς Ἀργαου-*

Photius *lib. I. p. 115. p. 15. 15.*

1) R. ἀνίστορισε. 2) R. Φιλιππησίας.

a) cf. 2 Cor. 13, 11.

***tem promissiones habentes a Deo bono animo sitis: nos enim fiduciam habentes in cordibus nostris, scribimus vobis: ostiarius et pastor bonus, et dux corporis Christi, et lucerna domus Dei ego sum, et vobiscum sum omnes dies usque ad consummationem saeculi. Etsi enim corpore absum, at spiritu sum vobiscum. Caeterum laetamini, firmo sitis animo, et Deus pacis erit vobiscum.* O veritatis hostis, fili Diaboli, omnisque nequitiae auctor, qui talia eloqui ausus es, aequalemque te facere Deo? Qui enim se exaltat, humiliabitur, et ejus, qui se ipse glorificat, gloria nihil est, et qui blasphemaverit in Spiritum sanctum, veniam non impetrabit, neque in hoc saeculo, neque in futuro.**

Et rursus ait: *praeterea dico: Ecclesiam, quae Corinthi est, condidit Paulus, Macedoniam autem Silvanus et Titus* (dicit autem Macedoniam conventum, qui Cibossae est, Constantinum autem et Simeonem appellat Silvanum et Titum): *et Achajam lustravit Timotheus* (dicit autem Achajam Mananalim, et Gegnaesium nominat Timotheum, qui revera est Thymotheus): *Philippensium Ecclesiam administravit Epaphroditus* (dicit autem Josephum caprarium, ex stupro natum, revera Aphronetum, et Philippenses appellat ejus discipulos): *Laodicensium et Ephesiorum Ecclesiam, praeterea etiam Colossensium docuit Tychicus* (et Colossenses quidem eos dicit qui Argai habitant,

τας, Ἐφεσίους δὲ τοὺς ἐν Μοψουεστίᾳ [1]*), Λαοδικεῖς δὲ τοὺς κατοικοῦντας κύνας τὴν τοῦ κυνὸς χώραν)· περὶ τούτων πάντων λέγει, „ὅτι αἱ τρεῖς ἕν εἰσι, καὶ ὑφ᾽ ἑνὸς τοῦ Τυχικοῦ μηνύονται* [2]*).“ Ὁρᾷς, πῶς ἑαυτὸν προβάλλεται διδάσκαλον εἰς τὰ τοῦ Ἀντιχρίστου συνέδρια, διὰ τῶν πολλῶν ἀπάτην κατὰ τὴν ὀνομασίαν τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ, τῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοῦ Ἀποστόλου ἐμφερομένων, ὀνοματοθετῶν ἀλόγως* [3]*) καὶ λίαν ἀφρόνως τὰ πρὸ πολλῶν χρόνων τὰς ὀνομασίας ἑαυτῶν κληρωθέντα. Φράσον δέ μοι, συκοφάντα, τῆς ἀληθείας κατήγορε, Παῦλος ὁ Ἀπόστολος, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ καὶ τὰ περικύκλῳ διδάξας, πῶς μόνην τὴν τῶν Κορινθίων Ἐκκλησίαν ᾠκοδόμησεν; Καὶ εἰ* [4]*) Παύλου μαθηταὶ ὑπῆρχον οἱ ὑπὸ σοῦ μνημονευθέντες, πῶς παρ᾽ αὐτοῦ ἐδιδάχθησαν, καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ οἱ μετὰ ὀκτακόσια ἔτη γεννηθέντες ὑπῆρχον; Πῶς πολεμεῖς τὴν ἀλήθειαν; Πῶς οὐκ ἐρυθριᾷς τοσοῦτον ἐξαπατήσας λαὸν ἐν ἀπατηλοῖς ῥήμασι καὶ ὀνόμασι ψεύδεσιν; Ἵνα τί ἠγάπησας τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐ τὴν τοῦ Θεοῦ; Καὶ παρακαλεῖς δεχθῆναι παρὰ πάντων ὡς Ἀπόστολος Χριστοῦ, λέγων πρὸς Λέοντα τὸν Μοντανόν· „σὺ δὲ τήρησον σεαυτὸν „ἔνδος τὸ τέμνειν τὴν ἀκλινῆ πίστιν. Τίνα γὰρ κατηγορίαν ἔχεις καθ᾽ ἡμῶν; „Μή τινα ἐπλεονέκτησα, ἢ ὑψηλοφρόνησα; Οὐ δύνασαι εἰπεῖν· εἰ δὲ καὶ εἴπεις, „ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο μισῆσαί σε, ἀλλὰ πα„ρακαλέσαι, ὥσπερ ἐδέξω Ἀποστόλους καὶ Προφήτας, οἵτινές εἰσι τέσσαρες, δέξαι „καὶ ποιμένας καὶ διδασκάλους, ἵνα μὴ θηριάλωτος γίνῃ.“* R. 68.

Photius lib. I. p. 16. 17. 115. 116.

1) R. *Μομψουεστίᾳ.* 2) Scribendum videtur *μαθητεύονται.* 3) Ms. *ὁ λόγως.*
4) Ms. *ἡ.*

Ephesios autem eos, qui Mopsvestiam, Laodicenses denique illos canes, qui canis regionem incolunt): de his omnibus dicit: *tres illae unum sunt, et ab uno Tychico docentur.* Vides, quomodo se magistrum intrudat in Antichristi conventus, quum, ut multos decipiat, secundum nomina Ecclesiarum Christi, quae in Apostoli epistolis celebrantur, insulse ac valde stolide nomina locis imponat, quae multo ante sua nomina sortita sunt. Dic vero mihi, calumniator, et veritatis accusator, Paulus Apostolus, qui ab Hierosolymis usque ad Illyricum et circumjacentia docuit, quomodo solam Corinthiorum Ecclesiam condidit? Et si Pauli discipuli fuerunt ei, quos tu memorasti, quomodo ab illo docti sunt, et quo loco, qui octingentis annis post nati sint? Quomodo veritatem oppugnas? Quomodo te non pudet tantum decepisse populum verbis fraudulentis et nominibus fictis? Cur dilexisti gloriam hominum, non Dei? Et postulas ab omnibus recipi tanquam Apostolus Christi, quum dicas Leoni Montano: *tu vero cave tibi, ne discindas fidem inflexibilem. Quam enim accusationem habes adversum nos? Num aliquem circumveni, aut superbe egi? Non potes dicere: et si dicas, testimonium tuum non est verum. Mihi autem ne accidat, ut odio te habeam, sed oro, ut, quemadmodum Apostolos suscepisti et Prophetas, qui quidem numero sunt quatuor, suscipias etiam pastores et magistros, ne ferarum praeda fias.*

Καὶ ἀλλαχοῦ ἔφης· „ἡ πρώτη πορνεία, ἣν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ περικείμεθα, εὐερ-„γεσία ἐστίν· ἡ δὲ δευτέρα μείζων [1]) *πορνεία ἐστὶ, περὶ ἧς λέγει· „ὁ πορνεύων „„εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει* [a]).“ “ *Ἐπάγεις λέγων· „ἡμεῖς ἐσμὲν σῶμα Χρι-„στοῦ· εἴ τις δὲ ἀφίσταται τῶν παραδόσεων τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι „τῶν ἐμῶν, ἁμαρτάνει, ὅτι προστρέχει τοῖς ἑτεροδιδασκαλοῦσι, καὶ ἀπειθεῖ τοῖς „ὑγιαίνουσι λόγοις.“ Εἰπὲ σὺ, τῆς ἀσεβείας προστάτα, πῶς ἐστὶν ἡ πορνεία εὐεργεσία, ἡ καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ πορνεύοντος μετὰ τὴν πρᾶξιν καταγινωσκο-μένη, καὶ παρὰ πάσης θεοπνεύστου γραφῆς ἐξουθενημένη* [2]); *Πῶς δὲ ἐτόλμησας τὰ δεσποτικὰ ἀκυρῶσαι ῥήματα διὰ τὴν σὴν ἀκόλαστον ἀναλγησίαν* [3]), *τὰ μέχρι καὶ παροράματος* [4]) *τὴν μοιχείαν δηλοῦντα, ἐν οἷς φησιν· „ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ „πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτήν* [b])“· *τὰ δὲ σὰ κυρῶσαι ῥήματα διὰ τὴν κενὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν, καὶ διὰ τὸ ἐπισπᾶσθαι πρὸς σεαυ-τὸν τοὺς ἀνδραποδώδεις* [5]) *καὶ ἀκολάστους, λέγων, μὴ εἶναι ἄλλην πορνείαν, εἰ μὴ τὴν ἐκ σοῦ ἀποφυγήν; Τίνι πιστευτέον, τοῖς ὑπὸ τῆς ἀληθείας λεγομένοις, ἢ τοῖς ὑπὸ σοῦ, τοῦ πλάνου, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ;*

Ταῦτα τοίνυν ἐκ τῶν βλασφημιῶν ὀλίγα συλλέξαντες πρὸς ἔλεγχον αὐτοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἐνταῦθα παρεθέμεθα, εἰς ἔνδειξιν τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ· „ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματός“, φησι, „τῆς καρδίας τὸ „στόμα λαλεῖ [c]).“

Photius lib. I. p. 117. 118.

1) R. *μεῖζον.* 2) Ms. *ἐξουθένη.* 3) Lego *ἀσέλγειαν.* 4) Legendum *προσοράματος.* 5) Ms. *ἀνδραπόδεις.*

a) 1 Cor. 6, 18. b) Matth. 5, 28. c) Matth. 12, 34.

Et alibi dixisti: ***prima fornicatio, qua ex Adamo obstricti sumus, beneficium est: secunda autem major est fornicatio, de qua Apostolus dicit: „qui fornica-„tur in proprium corpus peccat.“*** **Adjicis haec verba:** ***nos sumus corpus Christi: si quis desciscit a traditionibus corporis Christi, hoc est a meis, peccat, quo-niam aliena docentibus accedit, et sanis sermonibus fidem non habet.*** **Dic quaeso, impietatis praeses, quomodo fornicatio est beneficium, quae et ab ipso, qui for-nicatur, post factum damnetur, et ab universa scriptura divinitus inspirata con-temnatur? Quomodo autem ausus es propter effrenam tuam intemperantiam Do-mini verba infringere, quibus fornicationem ipso adspectu committi definiat, dum ait:** ***qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam stuprum fecit cum ea:*** **tua autem verba stabilire, ut inanem hominum gloriam aucuperis, et ad te attra-has homines serviles et effrenos, dicendo, non esse aliam fornicationem, quam defectionem a te? Cuinam fides habenda est, iisne, quae a veritate, an iis, quae a te, plano et veritatis inimico, dicuntur?**

Haec itaque pauca ex ipsius blasphemiis collecta ad arguendum eum ejusque discipulos hic protulimus, ut pravum ipsius cordis thesaurum pateraceremus: Do-minus enim dicit: ***ex abundantia cordis os loquitur.***

Ἀλλὰ μηδεὶς οἰέσθω, ἑτέραν αἵρεσιν εἶναι, ἣν ἐδίδαξεν Σέργιος, καὶ ἑτέραν τοῦ Μάνεντος· μία γάρ ἐστι καὶ ἡ αὐτή. Ἡνίκα δὲ ἤρξατο διδάξαι 1) *οὗτος ὁ Σέργιος, θέλων ἐπισυνάξαι πολλοὺς μαθητὰς, καὶ ἀποσπάσαι τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ οὐκ ὀλίγους ὀπίσω αὐτοῦ· δισσῶς καὶ τρισσῶς ἀντέστη κατὰ πρόσωπον Βαάνῃ, τῷ ῥυπαρῷ μαθητῇ, τῷ καὶ συμμύστῃ αὐτοῦ, καὶ εὐλάβειαν ὑποκρινόμενος ἤρξατο ἐλέγχειν αὐτὸν εἰς ὑπήκοον πάντων, οὐ διὰ πίστιν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν ἀθεμίτων αὐτοῦ πράξεων. Ὁ δὲ Βαάνης φησὶ πρὸς αὐτόν· „σὺ νεωστὶ κατεφάνης, καὶ οὐδένα τῶν διδασκάλων ἡμῶν ἑώρακας ἢ συμ„παρέμεινας· ἐγὼ δὲ τοῦ κυρίου Ἐπαφροδίτου μαθητὴς ὑπάρχω, καὶ καθὼς παρ„έδωκέ μοι ἀπ᾿ ἀρχῆς, οὕτως καὶ διδάσκω." Ὁ δὲ Σέργιος διὰ τὸν δυσώδη βόρβορον, ὃν ἐδίδασκε, βδελυξάμενος, καὶ εἰς πρόσωπον καταισχύνας αὐτὸν, ἔσχισε* R. 70.
τὴν αἵρεσιν εἰς δύο· τοὺς δὲ συμπαραμείναντας αὐτῷ ἐκάλεσε Βανιώτας 2), *κἀκεῖνος Σεργιώτας τοὺς μαθητὰς ὠνόμασε Σεργίου. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον Σεργίου, μὴ φέροντες οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ἑαυτῶν τὴν αἰσχύνην καὶ τὸν ὀνειδισμὸν, ὃν παρὰ πάντων ὠνειδίζοντο, ἤρξαντο ἀποκτείνειν τοὺς Βανιώτας, ὅπως ἐξαλείψωσιν ἐξ ἑαυτῶν τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν. Εἷς δέ τις, Θεόδοτος ὀνόματι, ὁ συνέκδημος Σεργίου, λέγει· „μηδὲν ὑμῖν καὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις· πάντες γὰρ „μέχρις ἀναδείξεως τοῦ διδασκάλου ἡμῶν μίαν πίστιν εἴχομεν"· καὶ οὕτως τοῦ φονεύειν ἐπαύσαντο.*

Photius lib. I. p. 118—125.

1) Raderus conjicit *διδάσκειν.*

2) R. in translatione latina habet Baanitas, ut apud Photium *Βαανίτας.*

Sed nemo putet, aliam haeresin esse, quam Sergius docuerit, et aliam Manis: nam una eademque est. Dum autem docere coepit hic Sergius, quum multos discipulos consociare, et ab Ecclesia Christi non paucos avocare vellet, qui se sequerentur: bis terque in faciem restitit Baanae, sordido discipulo, iisdem sacris initiato, et pietatem simulans illum arguere coepit omnibus audientibus, non propter fidem, sed propter indignitatem nefandorum ejus facinorum. At Baanes ipsi respondit: ***tu nuper exortus es, neque ullum doctorum nostrorum vidisti, neque cum ullo conversatus es: ego autem domini Epaphroditi sum discipulus, et sicut mihi ab initio tradidit, ita etiam doceo.*** **Verumenimvero Sergius propter graveolens lutum, quod tradidit, detestatus eum et ignominia insectatus, discidit haeresin in duas partes: qui cum illo manebant, appellavit Baanitas, ut ille Sergiotas vocavit discipulos Sergii. Post obitum autem Sergii discipuli ejus, non ferentes suam ignominiam et exprobrationem, quam ab omnibus patiebantur, coeperunt Baanitas interficere, quo eorum convicia a se abstergerent. Unus autem aliquis, Theodotus nomine, comperegrinus Sergii, dixit:** ***nihil vobis sit cum his hominibus: omnes enim, priusquam prodiit magister noster, unam fidem tenuimus:*** **atque ita ab interficiendo destiterunt.**

Ἰδὼν δὲ Μιχαὴλ ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ὁ Ἀββᾶς, καὶ Λέων ὁ μετ' αὐτὸν βασιλεύσας, ὅτι πολυμερῶς τὰ [1]) τῶν Χριστιανῶν ἡ τοιαύτη αἵρεσις ἐλυμήνατο, ἐκπέμψαντες κατὰ παντὸς τόπου τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς, τοὺς εὑρισκομένους ἐν ταύτῃ τῇ μυσαρᾷ αἱρέσει ἀπέκτανον. Ἦλθεν οὖν τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως καὶ εἰς Ἀρμενιακοὺς πρὸς Θωμᾶν τὸν Ἐπίσκοπον Νεοκαισαρείας, καὶ τὸν Παρακονδάκην ἔξαρχον ὄντα· κατὰ οὖν τὴν τοῦ βασιλέως κέλευσιν τοὺς εὑρισκομένους ἀξίους θανάτου καὶ ὁδηγοὺς ἀπωλείας ἀπέκτανον. Ὕστερον δέ τινες τῶν τοῦ Σεργίου μαθητῶν, οἱ λεγόμενοι ἄστατοι, διὰ προδοσίας καὶ δόλου τὸν Ἔξαρχον κατέσφαξαν, καὶ οἱ Κυνοχωρῖται ὁμοίως Θωμᾶν τὸν Μετροπολίτην· καὶ οὕτως προσέφυγον οἱ ἄστατοι ἐν Μελιτηνῇ. Ἀμηρᾶς δὲ τότε τῶν ἐκεῖσε ὄντων Σαρακηνῶν ὑπῆρχεν ὁ Μονοχεράρης. Λαβόντες τοίνυν παρ' αὐτοῦ οἱ ἄστατοι τὸ [2]) Ἀργαοῦν, κατῴκησαν ἐκεῖσε, καὶ οὕτως ἐπισυναχθέντες ἐκ πάντων τῶν μερῶν, ἤρξαντο παιδεύειν τὴν Ῥωμανίαν. Ὁ δὲ Σέργιος, συνοικήσας μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὸ [2]) Ἀργαοῦν ἐπὶ χρόνους τινὰς, ὕστερον ἐκ δικαιοκρισίας Θεοῦ ἀξίνῃ ἐκκοπεὶς, ὡς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ διχοτομήσας, εἰς πῦρ αἰώνιον βάλλεται [3]). Ὁ γὰρ Τζανίων, ὁ ἀπὸ Καστέλλου [4]) τῆς Νικοπόλεως ὢν, εἰς ὄρος αὐτὸν εὑρηκὼς ἄνωθεν τοῦ Ἀργαοῦ σανίδας ἐργαζόμενον, τὴν ἀξίνην ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ λαβὼν, πατάξας τοῦτον ἀπέκτεινεν. Καὶ οὕτως ἀπεῤῥάγη τὸ ἔσχατον

***Photius** lib. I. p.* **125—131.**

1) τὰ deest apud Raderum. 2) Ita Photius. R. τόν. 3) R. βάλεται.
4) R. *Κάστελλον.*

Michael vero, Imperator piissimus, Abbas [1]), et Leo, qui post eum regnavit, quum viderent, multis modis rem christianam ab hac haeresi infestari, missis in omnes regiones imperii romani literis, eos, qui hujus abominandae haeresis asseclae deprehenderentur, necari jusserunt. Pervenit igitur Imperatoris edictum ad Armeniacos [2]) etiam, ad Thomam Episcopum Neocaesareae, et Paracondacem Praefectum: jussu igitur Imperatoris, quotquot morte digni et exitii duces reperiebantur, eos occiderunt. Postea autem aliqui ex Sergii discipulis, qui instabiles appellabantur, proditione et dolo Praefectum interfecerunt, et Cynochoritae pariter Thomam Metropolitanum: quo facto instabiles fugerunt Melitenam. Emir Saracenorum ibi habitantium erat tunc Monocherares. Acceperunt jam ab eo instabiles Argaum, ibique sedem fixerunt, atque ita congregati ex omnibus regionibus, coeperunt castigare Romaniam. Sergius autem, quum Argai cum discipulis aliquamdiu habitasset, postea justo Dei judicio securi caesus, ut qui Ecclesiam Dei dissecuerat, in ignem aeternum conjectus est. Tzanio enim, Nicopoli castello oriundus, nactus eum in monte, qui Argao imminet, asses parantem, securi ex ejus manibus extorta et in eum impacta ipsum interfecit. Atque in hunc modum ex hac vita erepta est novissima

1) Michael Curopalates, cognomine Rhancabe, quum Leo imperio potitus esset, monachum induit, cf. *Theophanes ed. Bonn.* I, 784. *Georg Cedrenus* II, 48.

2) i. e. ad eos, qui thema Armeniacum, quae Cappadociae pars erat, inhabitabant, cf. *Constantini Porphyrog. de thematibus lib.* I. *ed. Bonn. p.* 17.

καὶ μεῖζον πάντων τῶν θηρίων τοῦδε τοῦ [1]) *βίου ἔτει τῷ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακισχιλιοστῷ τριακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ* [2]) *τρίτῳ.*

Μαθηταὶ δὲ τούτου ὑπῆρχον μυστικώτεροι Μιχαὴλ, καὶ ὁ Κανακάρις [3]), *καὶ Ἰωάννης ὁ ἀόρατος* [4]), *καὶ τρεῖς μιερεῖς* [5])· *καὶ ὁ μνημονευθεὶς Θεόδοτος,* R. 72.
Βασίλειός τε καὶ Ζώσιμος, καὶ ἕτεροι πολλοί. Οὗτοι τοίνυν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, οἱ καὶ συνέκδημοι παρ᾽ αὐτοῖς λεγόμενοι, ὡς μιερεῖς τινες, τὸν ἅπαντα λαὸν τὸν συναθροισθέντα ἐν τῷ Ἀργαοῦ, μετὰ τὸν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Σεργίου θάνατον, ταῖς διδασκαλίαις αὐτοῦ τε καὶ τῶν προηγησαμένων λυμαινόμενοι, ἰσότιμοι πάντες ὑπῆρχον, μηκέτι ἕνα διδάσκαλον ἀνακηρύξαντες, καθάπερ οἱ πρώην, ἀλλὰ πάντες ἴσοι ὄντες· ἔχουσι δὲ καὶ ὑποβεβηκότας μιερεῖς, νοταρίους παρ᾽ αὐτοῖς ὀνομαζομένους.

Ὁ οὖν Καρβέας, ἐν τοῖς τότε καιροῖς ἀναφανεὶς, καὶ τοῦ ὀλεθρίου ἐκείνου λαοῦ καθηγησάμενος, εἰς πλῆθος αὐτὸν ἐπηύξησεν, ὥστε, μὴ χωρουμένου αὐτοῦ ἐν τῷ Ἀργαοῦ, ἐλθεῖν καὶ κτίσαι τὴν Τιβρικὴν [6]), *καὶ αὐτῇ κατοικῆσαι· ὁμοῦ μὲν καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς τυραννίδα τῶν Μελιτηνιατῶν Ἀγαρηνῶν ἐκφεύγων, ὁμοῦ δὲ καὶ αὐτῇ ἀνεπιμιξίᾳ τῶν ἀνθρώπων τοῖς δαίμοσι τελείως ἐξομοιούμενος, ταῖς Ἀρμενίαις* [7]) *τε πλησιάζειν θέλων, καὶ τῇ Ῥωμανίᾳ, ὥστε τοὺς μὲν πειθομένους*

***Photius** lib. I, p.* **132—136.**

1) R. *τουτί δε.* 2) *τεσσαρακοστῷ*, quod apud Raderum procul dubio propter *ὁμοιοτέλευτον* excidit, ex Photio (I, p. 132) supplevimus. 3) Apud Photium *Κανοκάρης.* 4) Fortasse legendum *ὁ τρίτος*, Photius enim habet: *ὁ δὲ τρίτος Ἰωάννης.* 5) i. e. *μιαροὶ ἱερεῖς*, vox contumeliosa ab ipso auctore efficta. 6) Photius appellat urbem *Τεφρικήν.* 7) R. *Ἀρμενίας.*

et maxima omnium ferarum anno post orbem conditum sexies millesimo trecentesimo quadragesimo tertio [1]).

Hujus autem discipuli familiariores fuerunt Michael, et Canacaris, et Johannes tertius, iique tres pseudosacerdotes: et memoratus Theodotus, et Basilius, et Zosimus, et alii multi. Hi igitur ejus discipuli, qui et comperegrini apud eos vocabantur, ut pseudosacerdotes, populum universum, qui Argai congregatus erat, post Sergii magistri mortem, ejus et eorum qui praecesserant doctrinis corrumpentes, pari omnes inter se in honore fuerunt, neque unum amplius, sicuti priores, magistrum pronuntiaverunt, sed omnes pares fuerunt: habent autem inferiores etiam pseudosacerdotes, qui apud eos Notarii dicuntur.

Jam Carbeas [2]), **qui illo tempore prodiit, et pestiferi illius populi dux fuit, usque ad eum numerum eum adauxit, ut, quum Argaum eum non amplius caperet, veniret et conderet Tibricam, ibique habitaret: quo simul et tyrannidem Agarenorum Melitenensium in illos exercitam effugeret, simulque illa ab aliorum hominum consortio separatione daemonibus prorsus similis fieret, quum vellet et ab Armeniis et a Romania prope abesse, ut eos, qui obsequerentur,**

1) Est annus p. Chr. nat. 835. cf. quae monui, Theolog. Studien u. Kritiken, Jahrg. 1829. I, 99.

2) De Carbea cf. *Theophanes continuatus* IV, 16 (ed. Bonn. p. 165 s.). *Cedrenus* ed. Bonn. II, 154 s.

αὐτῷ ὑποσπόνδους ποιεῖσθαι καὶ ἔχειν αὐτοὺς πρὸς τὸ αἰχμαλωτεύειν συλλήπτορας, τοὺς δὲ μὴ πειθομένους Σαρακηνοῖς ἀπεμπολεῖν, λεηλατῶν τὰς τῆς Ῥωμανίας ἄκρας, τὰς πρὸς τῷ Πόντῳ κειμένας· ἅμα δὲ τῷ [1]) πρὸς ἕτοιμον καταφύγιον τοῖς ἐν Ῥωμανίᾳ διὰ ταύτην τὴν αἵρεσιν ἀποκτενουμένοισι [2]) τὴν ἐπιτηδειότητα τοῦ τόπου παρασκευάζων· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς λιχνοτέρους καὶ ἀκολάστους ἀνθρώπους καὶ ἄφρονας τῶν ἄκρων ἐκείνων, προσεγγιζόντων τῇ Τιβρικῇ, τῇ ἐλευθερίᾳ τῶν ἐλαχίστων παθῶν εἰς ἑαυτὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐκκαλούμενος. Ζῶντος τοίνυν αὐτοῦ οἱ μὲν ἐκ τῶν μνημονευθέντων μιερέων αὐτοῦ τὸν ἑαυτῶν βίον κατέστρεψαν, οἱ δὲ ὑπελείφθησαν. Κἀκείνου τοίνυν τὸ ζῆν ἀποῤῥήξαντος αὖθις διαδέχεται τὴν τυραννίδα τοῦ ὀλεθρίου λαοῦ αὐτοῦ Χρυσοχέρις [3]), ὁ ἀνεψιὸς καὶ γαμβρὸς αὐτοῦ. Ἐν ταῖς ἡμέραις οὖν αὐτοῦ παρεβάλομεν ἡμεῖς ἐν τῇ Τιβρικῇ, ἀποσταλέντες ἐκεῖσε δουλείας βασιλικῆς ἕνεκεν τοῦ ὑπαλλάξαι ἄρχοντας αἰχμαλώτους, ὅπερ καὶ γέγονεν ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Βασιλείου, καὶ Κωνσταντίνου, καὶ Λέοντος, τῶν εὐσεβῶν καὶ δικαίων μεγάλων βασιλέων
R. 74. ἡμῶν. Ἐκεῖσε οὖν ἐννεαμηναῖον χρόνον διατρίψαντες, ἔτι περιόντων [4]) Βασιλείου καὶ Ζωσίμου, τῶν μιαρῶν συνεκδήμων λεγομένων, καὶ περὶ τῶν προτεθέντων ἀκριβῶς ἐρευνήσαντες καὶ φιλοπονήσαντες, ταῦτα πᾶσιν ἐσπουδάσαμεν κατάδηλα γενέσθαι, τῇ ἐν Θεῷ κελεύσει τῶν αὐτῶν ἁγίων καὶ ὀρθοδόξων μεγάλων βασι-

Photius lib. I, p. 137—139.

1) R. τό. 2) R. ἀποκτεννομένοισι. 3) Apud Photium *Χρυσοχάρης*, apud Genesium, Theophanem contin. et Cedrenum *Χρυσόχειρ*. Wolfius scribit *Χρυσοχίρης*.
4) R. *περιόντος*.

sibi obnoxios redderet, haberetque ad praedandum socios, eos autem, qui non obsequerentur, Saracenis venumdaret, quum Romanorum arces ad Pontum sitas popularetur: simul autem ut tutum profugium iis, qui in Romania propter hanc haeresin interfici deberent, opportunitate loci adjutus pararet: praeterea etiam ut rerum novarum cupidos et effrenos et stolidos arcium illarum incolas, qui Tibricam accederent, licentia pessimarum libidinum ad se alliceret. Dum igitur ille vivebat, nonnulli ex memoratis pseudosacerdotibus ibi vitam finierunt, nonnulli superstites manserunt. Postquam vita excesserat, rursus excepit pestiferi populi tyrannidem Chrysocheres [1]), consobrinus ipsius et gener. Illius igitur diebus nos pervenimus Tibricam, eo missi Imperatoris jussu, ut duces captivos permutaremus, quod et peractum est secundo anno imperii Basilii, et Constantini, et Leonis, piorum, justorum, magnorum Imperatorum nostrorum. Ubi novem menses commoratus, superstitibus adhuc Basilio et Zosimo, impuris illis comperegrinis, qui vocitabantur, eaque, quae supra exposita sunt, accurate et diligenter perscrutatus, haec ut omnibus nota fierent operam dedi, divino mandato ipsorum sanctorum et orthodoxorum magnorum Imperato-

1) De Chrysochere cf. *Genesius* ed. Bonn. p. 121 ss. *Theophanes continuatus p.* 266 ss. *Cedrenus* II, 206 ss.

λέων ἡμῶν, ὡς δοῦλοι, εἰ καὶ εὐτελεῖς καὶ ἀνάξιοι, ἐν φόβῳ πολλῷ ὑπείξαντες. Καὶ περὶ μὲν τούτου ἅλις· περὶ δέ τινων παρ' αὐτοῖς τῶν τελεωτέρων αἱρέσεων ἐν τοῖς ἐφεξῆς ὑμῖν δηλωθήσεται, Θεοῦ 1) *ἡμῖν τοῖς εὐτελέσιν ὀρέγοντος. Αὐτῷ ἡ δόξα, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, τῷ μόνῳ ἀληθεῖ Θεῷ, καὶ πάσης κτίσεως ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου δημιουργῷ τε καὶ συνοχεῖ καὶ ἐξουσιαστῇ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.*

1) Θεοῦ deest apud R.

rum nostrorum, ut servus, etsi vilis et indignus, multa reverentia obsecutus. Atque de his quidem satis: de quibusdam autem apud eos perfectiorum haeresibus in sequentibus vobis exponetur, si Deus nobis vilibus concesserit. Illi sit gloria, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, soli vero Deo, omniumque rerum creatarum et visibilium et invisibilium conditori, conservatori et domino in omnia saecula. Amen.

Corrigenda et Addenda.

ad p. 3 lin. 3. Scripserim aut *τῷ ἀδήλῳ ἀληθινῷ σίτῳ*, aut *τῷ ἀδόλῳ καὶ ἀληθινῷ σίτῳ*. Pro *σπεῖραι* legendum esse videtur *ἐπισπεῖραι*.

p. 11. lin. ult. pro *χώριζον* scribendum est *χωρίζον*.

ad p. 19 lin. 3. Ne quid omittam, quod in editione Raderiana exstat, notam quoque verbis *διὰ τί τιμᾷς Πέτρον κ. τ. λ.* in margine adscriptam addere placet: *καὶ μὴν αὐτὸς ἐδίδαξας, ὡς ἀτιμάζουσι Πέτρον, τὰς δὲ πράξεις οὐ δέχονται.* Glossator in eo offendit, quod hoc loco ponitur, Petrum a Mane honoratum esse, quum tamen supra p. 14 narratum sit, illum Apostolum ab his haereticis prorsus contemni. At non advertit, hoc loco Cyrillum de Mane narrare, illic Petrum de Paulicianis, neque aliud ex hac repugnantia sequi, nisi, quod aliunde etiam constat, Petrum falli, qui Paulicianos cum Manichaeis re vera eosdem esse contendat.

TYPIS ERNESTI AUGUSTI HUTH.

